BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
A
47
NAPOLI

XVII 0 1

1800

QVAESTIONES EXCERPTE

EX EXPLANATIONE P. VRCIANI MIN. REG. OBS. IN HYMNVM MORTVORVM.

A Daniele Naydinghero.

An Papa concedens facienti hoc poſſit animam, quam voluerit de Purgatorio liberare: id preſtans voti compos ſit.

An ſuffragia damnatis Beatis ve proſint: & quid de factis per purè malos.

AD SANCTISSIMVM D. N. D. PAVLVM QVINTVM PONT. MAX.



PERVSIÆ, Ex Typographia Vincentij Columbarij. Superiorum permiſſu. Anno. M.D.C.IX.

NAPOLI

SANCTISS. DOMINO N. D. PAVLO QVINTO PONT. MAX.

DANIEL NAYDINGHERVS Germanus de Filinga Fœlicitatem:

AVGVSTÆ (Sanctiſsime Pater) Litteris operã nauanti mihi, Almamq; Vrbem, tum deuotionis gratia, tum adiſcendi cauſa, proficiſcendi, deſiderio flagranti: Admodum R. P. Frater Andreas de Peruzzinis (in catholicam fidem mirum imodũ propenſus,) Vrcianus nuncupatus, ordinis Minorũ, Regularis obſeruantiæ, Italiã remigrans,

ſe obtulit, quem ſicut ducem in hoc itinere habere, ac ne latum quidem vnguem ab eo diſcedere decreui: ita maxima mea cum letitia ad exitum perduxi, ob varias diſputationes, quas in dies; tum cum hæreticis, tum cum Catholicis habebat. Cæterum, cum ſępe ſępius ſedulò fuerit diſcuſſũ. An Papa, theorematũ ab eo benedictum aſportanti, ac de Sacratiſsima comunione, oratione dominicalẽ, angelicamq́; ſalutationem abſoluenti, concedens: vt vnam, quam maluerit animam è purgatorio, per modum ſuffragij educere queat, id præſtans, illa, quam deſiderat animam, liberetur, vel alia, quæ citius liberari meruit: cumq́; cunctis negantibus, ipſe ſo

lus

lus partem tueretur affirmatiuam, maxima de hoc admiratione affectus, illum etiam, atq; etiam rogaui, vt aliquos pro ſua ſententia auctores oſtenderet, qui læto viſu, mihi morem gerendi gratia, vt ad explanationem ſuam in mortuorum hymnum, (mortuorum ſequentia dictum) confugerẽ, ſignificauit: vbi ſuper verba illa. (Huic ergo parce Deus) inumeros cõgerit, & rationem à ſe ſtare patefacit. Illumq; audiens, ac vltima primis correſpondere animaduertens, exemplum ſumpſi, & quoniam circa hoc, alij aliter ſentiunt, vt omne dubium è medio tollerem, ac rem ſic ſe habere, lippis atq; tonſoribus liquido cõſtaret, ad cõmunẽ vtilitatẽ in lucẽ ædere cũ

 quatuor

quatuor alijs quæſtionibus inde excer ptis deliberaui, ac S. tuę dicare ſtatui, tũ quia de re tua agitur, tũ, quia totũ opus B. tuæ à d. Patre conſecratũ eſt: vnde fit, vt & partes dedicẽtur. Nã & ſi totũ à partibus realiter diſtinctũ eſt, vt Scoto placet, mihiq; arridet, attamen propter eſſentialem (vt aiũt Scotiſtæ) dependentiam, à toto ſeiungi nequeunt. Cum igitur totum tibi ſit dicatũ, par quoq; eſt, vt partes dedicentur: tũ deniquè, quia à d. Patre cuius auctoritas ſemper apud me magni ponderis fuit, eſt, eritquè ſemper dum vita viuam, præceptũ mihi fuit. Accipiat igitur S. tua ea, qua ſolet benignitate, has partes. Primo quoquè tempore totum expectans, quòd quã-

tum

tũ, qualeq; ſit, S. tua ex iſtis cognitione aſſequetur. Et ego interim Deũ, vt S. tuam protegat, viſitet, atquè defendat, vt vna cũ grege tibi comiſſo cœlum ſcandere valeas inſtanter deprecabor. Datũ Peruſiæ Die 25. Octobris. M. D. C. IX.

AD LECTORES.

SI has tantum queſtiones ex dilucidatione R. P. Vrciani excerptas, & nō totum librū in lucē addidi, admiratione ne afficiamini; quoniā propter cōmunem vtilitatē hoc factum eſt. Sunt enim ſcitu ab omnibus digne, vnde, ſi librum integrum tipis tradidiſſem ab omnibus emi nequiuiſſet, & ita omnibus liquido nō conſtaſſet, animā illā liberari, pro qua ſuffragatur & ſuffragia etiam per purè malos facta, defunctis prodeſſe. Amplius, & librum ementes fortè id non animaduertiſſent, cum ſemper non totus abſoluatur. Vt ergo cūctis id inoteſceret, tantum iſte queſtiones impreſſe ſunt. nihilominus expectato librum primo quoq; tempore, & alios ēt, quos in Philoſophia, & Thaeologia, & ſuper Ioan. cōpoſuit. Interim valete & pro me, dictoq; Patre, Deum rogate. Datum Peruſiæ Die vigeſimaquinta Octobris. M. D. C. I X.

HVIC ERGO PARCE DEVS.

SATIS ſuperque (vt opinor) de purgatorio, an ſit. Vbi ſit qualis ſit. Quot quanteq; ſint illius pœnę. An ſatiſfactoriæ. An in eo exiſtētes de eorum ſint ſalute certi. An pœnas illas æquo animo luant. An per ſemetipſos, ante completam ſolutionem ſe expedire queant: ſi non, an ſuperſtitnm ſuffragijs iuuari valeant. Et de ſuffragiorum veritate, varietate, nec non vtilitate ſatis opimè (inquam) diſſeruimus. Nunc igitur indagare ſupereſt. Nec ne ſuffragium cuidam purganti maxime applicitum omnibus proſit: & ſi vni: an illi ſoli, cui potiſsimū applicatum eſt, vel ei, qui magis meruit, vt ſibi prodeſſet. Et quid ſi Papa Sacerdoti inter ſacra a-

gendum, toreumatum ab eo benedictum tenenti condonet, vt vnam, quam deſiderat animam, é Purgatorio educere poſſit, liberetur ne illamet, vel altera, quæ citius liberati meruit, indagandum eſt. Cum verba iſta. Huic ergo parce Deus. anſam præbeant inueſtigãdi. Et quoniã illa vel in inferno, vel in Cœlo eſſe valeret: merito, an ſuffagia damnatis, beatis vé præſto ſint, & quid de pueris abſque baptiſmo, ex hac vita migrantibus, & de baptizatis decedentibus ſentiendum? ſũt ne ipſis adiumentum? Si neminem iſtorum, ſed in purgatorio manentes tantumodo iuuant. Si is, qui pro purgantibus depræcaretur in lethali peccato exiſteret nunquid illis opem ferret? Hæc omnia lepide (fauente Deo) abſoluam.

Quæritur igitur in primis. Vtrum ſuffragia pro vno purgante potiſsimum facta omnibus proſint, an ei tantum, pro

quo

quo fiunt. Et ſi indulgeatur. Qui in
tali altare ſacra ægerit, vel inter celebrã-
dum toreuma,ſeu nomiſma ab ipſo ſum-
mo Pontefice benedictum ſecum habue-
rit, vnam quã maluerit animam è Pur-
gatorio eripere poſſit: eripitur ne illa,vel
altera,quæ citius liberanda erat?

Melius huiuſmodi quęſtionis veritas
palam fiet,ſi in articulos quæſtio ipſa dui
ſa fuerit. In tres igitur articulos ipſam
diſtinguemus; in quorum primo quidẽ
quorũdam referemus opiniones atque
rationes. In ſecundo autem veram po-
nemus probabimuſque ſententiam. In
tertio demum, ad oppoſitarum opinio-
num reſpondebimus argumenta. Quan-
tum ad primum itaq; articulum attinet;
dicimus non nullos circa quæſtionem
hanc,multa falſa, & inania aſſeueraſſe.
Quidam enim putarunt (veluti Prępo-
ſitinus) ſuffragia pro vno facta,omnibus

prodeſſe. Alij verò (quẽadmodum Caetanus tom.1. opus.tract. 16. q. 5. & Cordubenſis lib.5.queſt.Theol.de indulgentijs q. 15. opin. 4. & q. 17.)nõ ei,pro quo fiunt, ſed illi, qui magis eſt dignus,prodeſſe autumarunt. Quæ opiniones,cum prorſus ſint à veritate aliene, hinc pro viribus confutandę, repellendeque veniunt: vt igitur funditus euellantur, auctoritates, & argumenta, quibus eorum moliuntur ſententias, aſportabimus.

Cæterum D. Hieronymi auctoritatẽ, quę à Prępoſitino ſtare videtur,iam agrediamur. D. Hieron. de conſ. diſt. 5. non mediocriter inquit. Cum igitur pro cũctis animabus pſalmus, vel Miſſa dicit̃, nihil minus, quam ſi pro vna qualibet ipſarum diceretur, accipitur. Si res ſic ſe habet,in aperto eſt,Miſſam vnam omnibus æqualiter prodeſſe.

Secundo exemplis ſic. Aliqua corporali

ralia de quibus minus videtur, quàm de ſpiritualibus , non minus cõmunicant̃ ſi plurib⁹cõmunicent̃,q̃ ſi vni ſoli.Multo igit̃ magis ſuffragia ſpiritualia , & ſi pro vno fiãt,omnib⁹pręſto erunt,occurretq;. Antecedẽs in lumine cãdelę liquet,plura illuminabilia æqualiter illuminante,non ſecus atque iſtorũ quodlibet per ſe. Patet, & in uoce æqualiter multorũ aúſcultantiũ auditũ, veluti unius informante.

Tertio ſic à ſimili. In naturali corpore medicamentum vni membro viuo adhibitum,in cætera membra redũdat(vt omnibus innoteſcit,& Apoſt. 1. cor. 12. tradit inquiens. Si gloriatur vnum membrum , congaudent omnia membra.) Ita in myſtico Eccleſię corpore iuuamen(vt eſt ſuffragium)pro vno exiſtente in purgatorio factum, & perconſequens (cum ſit in charitate viuo membro adhibitũ,) in ceteros purgantes redundabit.

Quarto ſic. Bonũ ſpirituale propor-
tionatur ſpiritui: at ſpiritus vbique to-
tus eſt, nec per partes communicatur.
ergo bonum ſpirituale abſque diuiſione
communicatur. & ſic minime diminui-
tur, quamuis pluribus communicetur.
Min. patet, nam anima eſt tota in toto,
& tota in qualibet parte.

Quinto in Eccleſia tum militante, tũ
triumphante, cuiuslibet bonum in cæte-
ros quodamodo redundat: cum igitur
purgãtes inter has Eccleſias mediũ poſ-
ſideant, & medij ſit, de extremis parti-
cipare, ſuffragium pro purgante vno po-
tiſſimum oblatum, in cęteros purgantes
redundabit. Hæc pro prima ſint allata
ſententia: pro ſecũda verò, quæ ſequntur
apprimè facere videntur.

Primo D. Auguſtinus in enchi. cap.
110. & 13. q. 2. cap. tempus Inquit. Neq;
negandum eſt defunctorum animas pie-
tate

tate ſuorum viuentium releuari, cũ pro illis ſacrificium mediatori offertur, vel eleemoſine fiunt in Eccleſia. Sed hæc eis tantum proſunt, qui cum viuerent, hæc ſibi vt poſtea poſſent prodeſſe, meruerũt. Si ita res eſt, planum eſt ei, pro quo offeruntur minime prodeſſe.

Secundo Sic. Chriſti paſſio (quamuis pro omnibus mortuus ſit) in tãtũ vni prodeſt, in quantum meruit, vt ſibi prodeſſe valeret. Miſſa igitur illius paſſionis memoria, ei proderit, qui meruit, vt ſibi prodeſſet: ergo nõ illi cui adiungitr.

Tertio Sic. ſi ſuffragia illi, cui applicantur prodeſſent; pauperes deterioris condictionis diuitibus fore ſequeretur, quod abſit, dicente ſaluatore. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Cœlorum. Conſequentia clara, & aperta eſt: quandoquidem plura ſuffragia pro diuitibus, quam pro paupe-

ribus offeruntur. Igitur affirmandũ nõ eſt, eum iuuare, cui adiunguntur.

Quarto Sic. Sacerdos virtutis applicandi ſuffragia expers eſt: igitur opem non fert ei, cui ſuffragatur. Antecedens liquet. Inſtrumentum namque actionis effectum applicandi virtute caret, cum id efficere agentis principalis partes ſint, vt oſtendit Scotus in 4. diſt, 1. q. 1. & q. 4. & diſt. *6.* q. 1. art. 3. & *36.* eiuſdem & q. 20. quodl. At Sacerdos quantum ad ſacrificij virtutem eſt hniuſmodi. Licet enim ſit organum viuum quantum ad perſonale meritum in celebrãdo, quia ita mereri ſibi conuenit, inquantum in ſe viuit vita gratię, nihilominus, quo ad illud bonum, quod virtute ſacrificij debetur, organum preciſe exiſtit ratione ordinis: patet, quoniam ſacrificij virtus ęque proficiſcitur, & ſi in lethali crimine reperitur.

Quinto

Quinto Sic. Nemo facultatem poſſi- det diſpenſandi , quod ſuum non eſt. At meritum quod virtute ſacrificij debe- tur, non debetur Sacerdoti, in quantum celebrans eſt. ergo , ei , quem vult non auxiliatur. Min. patet, quoniam ipſe tã- tumodo nucius eſt , Eccleſię efflagitatio- nem offerens , & bonum, quod debetur virtute ſacrificij,nõ ſibi debetur,&ex hoc conijcitur,quoniam eadem ſagrificij vir- tus foret, quãuis ipſe in gratia non eſſet.

Seſto Sic. Actus ſuffragiorum eſt ſe- cundum Dei diſtributionem ; ſed Deus non eſt perſonarum acceptator: igitur videtur , quod digniori diſtribuat; ſi ſic, Igitur non illi , cui ſacerdos , applicat ,

Septimo Sic In Miſſa offerturCriſtus, videtur ergo ſecundum Chriſti volunta- tem acceptari deberi:ſed eius volũtas re- ctiſſima eſt : videtur ergo,quod dignio- ri condonet,& non cui adiungit ſacerdos.

Cttauo Sic ſi aliter eſſet ſequeret hoc abſurdum, videlicet, quod diutius liberaretur, qui citius meruit liberari, & citius redderetur incolumis, qui diutius reddēdus eſſet: conſequentia probatur. Nam ſi meruit quſpiam, vt ſuffragia ſibi prodeſſent, citius meriut liberari, quam alter, qui non meruit: igitur ſi ipſe, qui citius liberari meruit, non liberatur, ſed alter, cui ſacerdos ſuffragium tribuit: planum eſt. quod qui citius liberandus erat, diutius liberatur: & è contra: qui diutius librandus erat, citius liberatur.

Nono Sic. Quorundam opinio eſt, quod Papa Indulgētiam largiens vt per modum ſuffragij purgantibus proſit; ſit per modū deprecationis. Igitur in Dei manu eſt, iſtam, vel illam liberare, & nō illam quam optat ſuffragans.

Decimo Sic. Scotus q. 20. quodl. Sacerdotem ſuffragantem hortatur, vt Deo

dicat

licat. Si tibi placet. Igitur non eſt cer-
um,quempiam pro libitu ſuo (etiam
oncedente Papa) aliquam animam è
urgatorio educere poſſe.

Vndecimo Demũ. De hoc nulla ſpe-
ialis reuelatio habetur, nec de ſcriptura
erta doctrina, niſi multum remota, &
niuerſalis,quæ cum haud ſatis ſit; hinc
on fore aſſerendum,eam liberari animã,
uã quis cupit,& vult:ſed potius,quę ci-
ius meruit liberari.Hæc quantũ ad pri-
num articulum.

Articulus Secundus.

IN hoc articulo,illam animam liberari,
pro qua oratur, & Miſſa celebratur:
auctoritatibus, & rationibus oſten-
litur. Sed vt veritas magis, magiſque
luceſcat, quatuor ponuntur concluſio-
nes, quarum prima negatiua eſt, cætere
verò affirmatiue.

Con-

Concluſio prima negatiua hæc eſt. Miſſa pro vno defuncto dicta, cæteris in purgatorio exiſtẽtibus,minime prodeſt. Nec ſuffragium pro vuo maxime appli- catum,alijs purgantibus occurrit,vt ſom niauit Præpoſitinus. Probatur. Merito finito adequate cõreſpõdet p̃miũ finitũ: ſed quod virtute meriti orantis debẽt medio modo, pro quo potiſsimum cele- bratur, eſt finitum : igitur coreſpondet illi premium finitum. Igitur ſi totũ vni impertitur, alijs non poteſt impertiri: bonum nanque finitum,æqualis virtutis ad vnum, & ad plura eſſe nequit. Con- firmatur. Æquali merito præciſè debetur ęquale præmium. Eſto igitur quod Sa- cerdos æque deuotè celebret pro vno, & quando pro duobus, æquale pręmium pręciſe debetur merito vnius miſſe dictę pro vno,& Miſſe dictę pro duobus. Igĩt ſi quando pro duobus dicitur, totum il-

lud

lud bonum debetur iſti, ſequitur virtute illius meriti nihil deberi alteri: quoniã bonum, quod alteri tribueretur, in bono, iſti merito adequate coreſpondente non includitur. Confirmatur ſecundo. In familiaritate humana, amicus pro alio depręcans, magis illi prodeſt, quã ſi pro multis depręcaretur. Confirmatur tertio Quoniam voluntas efficacior eſt, vt elicitiua, quàm vt meritoria, quoniam vt elicitiua eſt cauſa partialis, vt meritoria, eſt cauſa diſpoſitiua tantum abilitãs ad actionem principalis agentis: ſed voluntas, vt eſt cauſa elicitiua vel imperatiua, ęqualem effectum non cauſat ſimul inquolibet multorum, ſicut in vno ſolo cauſaret, vt in amicitia liquet, quæ non ita intenſe ad quorumcunque ſe habet, quemadmodum ad vnum: & de duobus amicis, eorum, alter ſemper magis in oculis fertur. Nec voluntas æque per-

ſecte

ſecte intenſa potentiarum inferiorum operationes imperat, ſicut vnam. Nam illius intenſio plures actus imperans mi- nuitur. Ita, & voluntas minus bonum intenſiue meretur, quando pluribus me retur. Amplius ſuffragia ſunt ad ſoluē- dam pœnam, verum facilius pro vno, quam pro pluribus ſatisfit, quoniam vir- tus vnita eſt fortior multiplicata, vt ī lib. de cauſis teſtatur Auer. Igitur ſi inter ipſos diuidātur, vterque minus habebit. igitur non æqualiter ſe ad omnes exten- dūt. Et ſi aliter eſſet, ſequeretur quod ſuffragia limitata tanti valoris eſſent, ꝙ vna die omnes anime quæ ſunt in purga torio liberarētur, & nullus vltra diem in purgatorio ſtaret. In Eccleſia.n.tot ſuffra gia fiūt, vt ad vnā animā liberādam ſatis ſint: Sed ſi ad vnam, & ad omnes eſſent.

Tandem ex hoc Eccleſiam errare ſe- queretur; aniuerſarium, trigeſimam, & ſeptimam

ſeptimam celebrando, cum non niſi per vnius diei interuallum ibi maneant:deciperetur etiam, quãdoque pro vno, & quandoque pro pluribus ſacra agendo. Si quod pro vno fit, omnibus prodeſt, ad quid igitur pro alijs facere? ex his igitur,concluſio probata manet; quę eſt D. Auguſtini in lib.de cura pro mortuis augenda D.Gregorij ad bonifatium. Magiſtri ſent in 4. diſt. 45. D. Bon:Vent. D. Thome ibidem ari. 4. q. 2. Rich. in eadem lib. & diſt. art. 2. q. 3. Scoti q. 20 quodlib.Franc.Maioron.in tract.de ſuffragijs. Pet. de Palud. in 4. diſt. 45. cæteri q. Theologij in ipſam cadunt ſentētiam, quibus,& ſummiſte omnes ad hærent, quos breuitatis gratia ſicco pede pertranſeo,ac ad ſecũdam concluſionem deſcendo, quæ talis eſt.

Concluſio

Concluſio Secunda

IN Sacerdotis manu eſt, aliquo modo ſacrificij virtutem applicare.

Iſta concluſio tum veteris, tum noui, tum, etiam Patruum auctoritatibus, probatur. Leuit. capitulo 4. habetur. Si omnis turba filiorum Iſrael ignora❜uerit, & per inperitiam fecerit: infra, rogante pro eis Sacerdote, propitius erit eis Dominus. infra, ſi peccauerit princeps &c. rogabit pro eo Sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. item, & in calce capituli. Leu. cap. 5. Anima quę iurauerit &c. orabitq; pro eo ſacerdos, et pro peccatis ſuis. Iob. cap. 1. ferē. Conſurgens diluculo offerebat holocauſta per ſingulos: dicebat enim ne, forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deum in cordibus ſuis. cap. 42. Dixit Dominus ad Elipham Themanitem. Iratus eſt

ſuror

ſuror meus in te, & in duos amicos tuos. Inſra.ſumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes,& ite ad ſeruum meum Iob, & offeret holocauſtum pro vobis. Iob autē ſeruus meus orabit ꝓ vobis;ſa-ciem eius ſuſcipiam, & non vobis impu-tetur ſtultitia. Vnde liquet,in priſci te-ſtamēti ſacerdotis manu fuiſſe,ſacrificio-rum virtutem applicare. Cum noſtri, illis longe præſtantiores exiſtant,pariter Miſſæ vtilitatem applicare, in eorū ma-nu eſſe conſtat. Et.1. Tim. 2. patet. dum Apoſtolus inquit. Obſecro primū om-nium fieri obſecrationes, orationes, po-ſtulationes, gratiarum actiones pro om-nibus hominibus, pro Regibus, & om-nibus, qui in ſublimitate ſunt conſtituti, vt quietam, & tranquillā vitam agamus. Hoc enim bonum eſt, & acceptum corā Deo Salutatore noſtro. Probatur, & patrū teſtimonijs. Primo dupplici D.

Aug. auctoritate. In Ench. cap. 110. Non eſt negãdum, defunctorum animas, pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur. Igitur Sacerdos Miſſam defuncto appli-care valet, & applicata prodeſt. Cum releuari dicat Augſt. qui & in ſerm. de Cathedra S. Petri ait. Oſtendam homi-nibus, qua ratione defunctorum animas iuuare vtilius poſſint: orent quotidie pro caris ſuis: infra: Adhibeat quoq; vnuſ-quiſque pro caris ſuis, ſanctorũ preces: ſacrificia offerat: & ſacerdotali eos pro-ſecutione Domino comendet. Hęc enim ſunt, quæ caros noſtros iuuare poſſunt; hæc ſunt refrigeria quieſcentium. Hęc remedia defunctorum. Tertul. in Apo-loget. cap. 39. confirmat his verbis. Ora-mus etiam pro Imperatoribus, & mini-ſtris eorum, & poteſtatibus; pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete. Item in cap. 30.

Epiphanius

Epiphanius quoq; ad Iohannem Epiſcopum id teſtatur, dicens. Quando offerimus ſacrificia Deo, & cõplemus orationem ſecundum ritum miſteriorum, & pro omnibus, & pro te quoque dicimus. His, ratio congruentiæ accedit. Vt quẽadmodum in aulis, bonũ diſtribuendũ, dominus ipſe non diſtribuit, ſed in miniſtri manu diſtribuendum relniquit: ſic in Dei aula, quæ eſt Eccleſiia, bonum virtute ſacrificij communicandum, Deũ per ſe non diſtribuere, ſed per miniſtrũ .ſ. Sacerdotem diſtribuendum relinquere, cenſendum eſt. Vnde fit, vt quemadmodum Sacerdotes ſacrificiũ offerũt: ita diſpenſatiue determinent, cui bonum, quod virtute ſacrificij impetratur, reddatur. Hinc alia emanat firmiſsima concluſio .ſ. quod huiuſmodi bonum, cui velit, condonare queat.

Tertia Concluſio.

SAcerdos pro libitu ſuo, bonum, virtute ſacrificij, medium, inter ſpecialiſsimum, quod orantis eſt, ſi in gratia reperitur: & generaliſsimum, q̃ toti Eccleſiæ competit, cui voluerit, applicare poteſt. Iſta concluſio duplici determinatione probatur .ſ. Iuſtitiæ, & Eccleſię. Determinatione iuſtitię ſic. Veluti propoſitum in propoſito, ita oppoſitum, in oppoſito: Sed pro bono prædicationis, & pro bono ſpirituali, bonũ debetur temporale: igitur pro temporali bono, debebitur ſpirituale. Min. probatur.ſ. quod pro bono ſpirituali debeatur temporale, auctoritate Apoſtoli 1. cor. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus? quaſi dicat non. Aug. quoque ſnper pſ. Sumite pſalmum, & date timpanum

panum ait. Sumite ſpiritualia, & date temporalia. Cum igitur ſexcenti homines agros, aliaſque res temporales (hac Lege) Eccleſijs tribuerint, vt pro ipſis, & alijs eorum defunctis, ſacra agere tenerentur curati: ergo pro illis ſacra agere maxime tenentur, quoniã huiuſmodi obligatio rationi conſentanea eſt, vt qui temporalia recipit, pro illis ſuffragium refundat, & ita par (vt ita dicam) pari referat. Patet denique ex inſtitutione Eccl. quæ, in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reformatione cap. 4. ita ſanciuit, vt in calce capituli videre eſt. Sed iam quartam, & vltimam concluſionem ad rem facientem, agrediamur.

Concluſio Quarta.

PAPA, Sacerdoti vnam imaginem ab eo benedictam, inter celebrãdum ſecum aſportanti cõcedens;

vt q̄ voluerit aīam è purgatorio(per mo dū ſuffragij,valeat liberare: id preſtans, vtique compos erit, illamque liberabit. Suffragium nanq: vni ſpecialiter appli- catum, illi ſoli occurrit, & non alijs. Pro dilucidatione huius cōcluſionis,no- tandum eſt: Suffragium,duobus modis, conſiderari poſſe .ſ. virtute charitatis, & applicate intentionis: Si virtute charita- tis, ei magis prodeſt, qui magis charita- te affluit, magiſq; meruit: Si autem vir- tute applicatæ intentionis: Magis illi, pro quo ſacrificiū offert. Adhuc animad uertendum eſt, dupliciter de ſuffragio loqui poſſe .ſ. vel quantum ad congratu- lationem, aut quantum ad pœnæ dimi- nutionem. Si primo modo,ſic omnibus prodeſt:omnes enim animę,de liberatio- ne vnius,exhilarant. Si verò ſecundo mo do, ſic illi ſoli,pro quo deprecatur. In- ſuper notandū. Suffragia alia eſſe gene-

ralia

ralia, alia verò ſpecialia. Si de generalibus ſermo fiat, ſic magis ei proſunt, qui magis meruit vt ſibi prodeſſent. Si verò de ſpecialibus, illi tantum conducunt, & proſunt, cui adiunguntur. Concluſio noſtra igitur, eſt de ſuffragijs, virtute applicatæ intentionis: quantum ad pœnę ablationem: & de ſuffragijs ſpecialibus. Et veram fore, tum rationibus, tum auctoritatibus probatur, palamque omnibus fit. Et in primis rationibus ſic.

Sicut ſe habet viuus, ad viuum in ſuffragando, ita viuus ad defunctum. Propoſitio eſt Palud. in 4. diſt. 20. art. 3. q. 3. concluſione 1. Ioſeph. Angel. lib. 7. Theolog. in 4. ſent. q. de ſatisfact. art. 2. Nauar. de Anno Iubil. & indulg. notab. 22. n. 48. ac aliorum quamplurimorum. Sed viuus ſuffragans pro viuo ſpecialiter, illum liberat, & non alium: igitur ſacerdos ſuperſtes, pro defuncto vno

ſuffragans, Miſſamque abſoluens (pro vt in queſtione proponitur) illum, & non alium liberabit. Min. patet Gen. 17. vbi Abrahã pro Iſmaele deprècatur, exauditurque. Dixit enim, Vtinã Iſmael viuat:& Dominus reſponſum dedit. Super Iſmael quoq; exaudiui te. Gen. cap. 25. Iſaac pro vxore ſua Dominum deprecatus eſt; eo quod ſterilis eſſet, qui exaudiuit eum, ac conceptũ Rebeccę dedit. Vnde textus. Sed collidebantur in vtero eius paruuli. In Act. Apoſt. cap. 12. Eccleſia pro Petro orat. Legitur enim. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia, ad Deum pro eo. Et exauditur. Vnde infra ſubdit à Petro. Nunc ſcio vere, quia miſit Dominus Angelũ ſuum, & eripuit me de manu Herodis. Matt. 8. Centurio pro famulo ſuo erat, dicens. Domine puer meus iacet in domo paraliticus, & male torquetur. Et

exauditur

exauditur. Vnde Saluator dixit. Vade, ſicut credidiſti fiat tibi. patet etiam hoc. Matt. 7. & 15. Marc. 9. Ioan. 4. & alibi. Igitur viuus pro defuncto Miſſam ſpecialiter celebrans, illum liberabit, & non illum, qui magis meruit liberari.

Item. Iuſtitia Diuina eſt ad inſtar humanę. At Iuſtitia humana, quando quis pro ęre alieno oppreſſo ſoluit, ipſum, ab ære alieno liberat, & non alium. Igitur Iuſtitia diuina, illum è purgatorio liberabit, pro quo, quis celebrando ſoluit, & non alium.

Item. Vita temporali viuens, elemoſinamque largiens, ei magis conducit, quam alio. Igitur, ſi de ipſius mandato, de morte illius largiatur, (cum pro tali habeat Deus, ac ſi ipſemet impenderet:) ei magis, quam alteri prodeſſet.

Item Iob 13. Deus non indiget noſtro mendacio, ergo videtur quod Papa, ſuis

litteris

litteris mentiri non debeat. Igitur verũ ſatur. Igitur tantam (per modum ſuffragij) indulgentiam tribuit, quantam in ſuis litteris promit, & explicat. Cum ergo dicat. Qui faciet hoc, & hoc, vnã animam de purgatorio, quam voluerit, eripiet, Pontificem audiens; animam, quam valuerit liberabit: & non eam, quę magis eſt digna, educet.

Amplius. Deus recipit opus ſecundum intentionem producentis. Verum celebrantis intentio eſt, patrem ſuum, è purgatorio extrahere. Igitur patrẽ ſuũ, & non alium extrahet. His rationibus: auctoritates adiunguntur.

In primis probatur auctoritate Gen. cap. 50. vbi legitur. Veneruntq; ad arã Ared, vbi celebrantes exequias plantu magno, im pleu erũt ſeptẽ dies. Deut. etiã 34. igitur pro particularibus defunctis, priſcos illos ſuffragatos eſſe patet, ſi dicat.

Ex

Ex his locis tantum deſumi deprecatio, pro particularibus perſonis: at illis opitulari nequaquam. Nos reſpondemus; probè haberi, illos in hanc fuiſſe ſententiam, ſcilicet ſuffragia eis conſulere, alioquin ſpecialiter pro illis non fuiſſent deprecati, ſed vniuerſaliter, nullo habito reſpectu, ad hunc, & ad illum. Vnde lepide his locis, noſtra roboratur cõcluſio. Sed clariores auctoritates animaduertamus. Tertio Reg. 17. Hælias pro filio defuncto viduæ, orauit dicens. Domine Deus, etiam ne viduam, apud quam ego vtcunq; ſuſtentor, afflixiſti, vt interficeres filium eius? Et expandit ſe, & menſus eſt ſuper puerum, tribus vicibus, & clamauit ad dominum, & ait. Domine Deus meus, reuertatȇ obſecro, aĩa pueri huius, in viſcera eius. Et exaudiuit Dominus vocem eius, & reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit, 4. Reg. cap. 4. dicitur

dicitur. Ingreſſus eſt ergo Heliſeus do-
mum, & ecce puer mortuus iacebat in
lectulo eius, ingreſſuſq; clauſit hoſtium
ſuper ſe, & ſuper puerum, & orauit ad
Dominum, & aſcendit, & incubuit ſu-
per puerum, poſuitque os, ſuper os eius,
& manus ſuas ſuper manus eius, & in-
curuauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt
caro pueri. *infra.* Oſcitauitque puer
ſepties, aperuitq; oculos. *infra.* Tolle
filium tuum dixit matri. In Act. cap. 20
Paulus quoque incubuit, & ſuſcitauit
adoleſcentulum illum mortuũ. In Hiſt.
trip. lib. 9. cap. 9. Cum populus illic cō-
gregaretur ad Baſilicam Anaſtaſiam ad
Miſſas, fertur, mulierem de ſuperiori
porticu cadentem, communi oratione
facta, ſuper eam reuixiſſe, vt quam plu-
rimos à D. Franciſco, ac ab alijs Sanctis
mortuos particulares ſuſcitatos ſilentio
inuoluam qui cum deſunctos illos, quos
potiſſimum,

potiſſimum, & ſpecialiter deſiderabant, (Dei ope) ad vitam reuocauerint, & nõ alios, ad quos animum non direxere, probe ſumitur, illam animam pro qua maxime ſuffragium offerẽt, liberari, prę ſertim cum è purgatorio eduxiſſe, ſit ſentiendum. Si quis circa hoc ambigendum eſſe diceret: an de purgatorio, vel de limbo: dicimus, & nos de priſcis dubitari poſſe, at de ſuſcitato à Paulo nequaquam: quoniam tunc tẽporis limbus patrum ablatus erat, vel (vt rectius loquar) euacuatus. Si dicatur fortè de limbo puerorum fuiſſe eius animam ſublatam. Abſit quoniam circunciſus erat; quia iudeus. Si dicatur fortè de inferno: Abſit: quoniam ibi nulla redemptio. Si dicatur de cælo, abſit: quoniam ſuam deterioraſſet conditionem. Vnde de purgatorio exiuiſſe patet. Sed liceat ſaltem à corporalibus, ad ſpiritualia argumentum

Concluſio Secunda

IN Sacerdotis manu eſt, aliquo modo ſacrificij virtutem applicare.

Iſta concluſio tum veteris, tum noui, tum, etiam Patruum auctoritatibus, probatur. Leuit. capitulo 4. habetur. Si omnis turba filiorum Iſrael ignorauerit, & per inperitiam fecerit: infra, rogante pro eis Sacerdote, propitius erit eis Dominus. infra, ſi peccauerit princeps &c. rogabit pro eo Sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. item, & in calce capituli. Leu. cap. 5. Anima quę iurauerit &c. orabitq; pro eo ſacerdos, et pro peccatis ſuis. Iob. cap. 1. fert. Conſurgens diluculo offerebat holocauſta per ſingulos: dicebat enim ne, forté peccauerint filij mei, & benedixerint Deum in cordibus ſuis. cap. 42. Dixit Dominus ad Elipham Themanitem. Iratus eſt

ſuror

ſuror meus in te, & in duos amicos tuos. Infra. ſumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offeret holocauſtum pro vobis. Iob autē ſeruus meus orabit ꝓ vobis; faciem eius ſuſcipiam, & non vobis imputetur ſtultitia. Vnde liquet, in priſci teſtamēti ſacerdotis manu fuiſſe, ſacrificiorum virtutem applicare. Cum noſtri, illis longe præſtantiores exiſtant, pariter Miſſæ vtilitatem applicare, in eorū manu eſſe conſtat. Et. 1. Tim. 2. patet. dum Apoſtolus inquit. Obſecro primū omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate ſunt conſtituti, vt quietam, & tranquillā vitam agamus. Hoc enim bonum eſt, & acceptum corā Deo Salutatore noſtro. Probatur, & patrū teſtimonijs. Primo dupplici D.

Aug. auctoritate. In Ench. cap. 110. Non eſt negādum, deſunctorum animas, pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur. Igitur Sacerdos Miſſam deſuncto applicare valet, & applicata prodeſt. Cum releuari dicat Augſt. qui & in ſerm. de Cathedra S. Petri ait. Oſtendam hominibus, qua ratione deſunctorum animas iuuare vtilius poſſint: orent quotidie pro caris ſuis: infra: Adhibeat quoq; vnuſquiſque pro caris ſuis, ſanctorū preces: ſacrificia offerat: & ſacerdotali eos proſecutione Domino comendet. Hęc enim ſunt, quæ caros noſtros iuuare poſſunt; hæc ſunt refrigeria quieſcentium. Hęc remedia deſunctorum. Tertul. in Apologet. cap. 39. confirmat his verbis. Oramus etiam pro Imperatoribus, & miniſtris eorum, & poteſtatibus; pro ſtatu ſeculi, pro rerum quiete. Item in cap. 30.

Epiphanius

Epiphanius quoq; ad Iohannem Epiſcopum id teſtatur, dicens. Quando offerimus ſacrificia Deo, & cõplemus orationem ſecundum ritum miſteriorum, & pro omnibus, & pro te quoque dicimus. His, ratio congruentiæ accedit. Vt quẽadmodum in aulis, bonũ diſtribuendũ, dominus ipſe non diſtribuit, ſed in miniſtri manu diſtribuendum relniquit: ſic in Dei aula, quæ eſt Eccleſiia, bonum virtute ſacrificij communicandum, Deũ per ſe non diſtribuere, ſed per miniſtrũ .ſ. Sacerdotem diſtribuendum relinquere, cenſendum eſt. Vnde fit, vt quemadmodum Sacerdotes ſacrificiũ offerũt: ita diſpenſatiue determinent, cui bonum, quod virtute ſacrificij impetratur, reddatur. Hinc alia emanat firmiſsima concluſio .ſ. quod huiuſmodi bonum, cui velit, condonare queat.

Tertia Concluſio.

SAcerdos pro libitu ſuo, bonum, virtute ſacrificij, medium, inter ſpecialiſsimum, quod orantis eſt, ſi in gratia reperitur: & generaliſsimum, qꝫ toti Eccleſiæ competit, cui voluerit, applicare poteſt. Iſta concluſio duplici determinatione probatur .ſ. Iuſtitiæ, & Eccleſię. Determinatione iuſtitię ſic. Veluti propoſitum in propoſito, ita oppoſitum, in oppoſito: Sed pro bono prædicationis, & pro bono ſpirituali, bonū debetur temporale: igitur pro temporali bono, debebitur ſpirituale. Min. probatur. ſ. quod pro bono ſpirituali debeatur temporale, auctoritate Apoſtoli 1. cor. Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus, magnum eſt, ſi carnalia veſtra metamus? quaſi dicat non. Aug. quoque ſuper pſ. Sumite pſalmum, & date timpanum

panum ait. Sumite ſpiritualia, & date temporalia. Cum igitur ſexcenti homines agros, aliaſque res temporales (hac Lege) Eccleſijs tribuerint, vt pro ipſis, & alijs eorum defunctis, ſacra agere tenerentur curati: ergo pro illis ſacra agere maxime tenentur, quoniã huiuſmodi obligatio rationi conſentanea eſt, vt qui temporalia recipit, pro illis ſuffragium refundat, & ita par (vt ita dicam) pari referat. Patet denique ex inſtitutione Eccl. quæ, in Conc. Trid. ſeſſ. 25. de reformatione cap. 4. ita ſanciuit, vt in calce capituli videre eſt. Sed iam quartam, & vltimam concluſionem ad rem facientem, agrediamur.

Concluſio Quarta.

PAPA, Sacerdoti vnam imaginem ab eo benedictam, inter celebrãdum ſecum aſportanti cõcedens,

vt q̃ voluerit aĩam è purgatorio(per mo dũ ſuffragij,valeat liberare : id preſtans , vtique compos erit, illamque liberabit. Suffragium nanq: vni ſpecialiter appli- catum, illi ſoli occurrit , & non alijs. Pro dilucidatione huius cõcluſionis,no- tandum eſt: Suffragium,duobus modis, conſiderari poſſe .ſ. virtute charitatis, & applicatę intentionis: Si virtute charita- tis, ei magis prodeſt, qui magis charita- te affluit, magiſq; meruit: Si autem vir- tute applicatæ intentionis : Magis illi, pro quo ſacrificiũ offert. Adhuc animad uertendum eſt, dupliciter de ſuffragio loqui poſſe .ſ. vel quantum ad congratu- lationem, aut quantum ad pœnæ dimi- nutionem. Si primo modo,ſic omnibus prodeſt:omnes enim animę,de liberatio- ne vnius,exhilarant.Si verò ſecundo mo do, ſic illi ſoli,pro quo deprecatur. In- ſuper notandũ. Suffragia alia eſſe gene-

ralia, alia verò ſpecialia. Si de generali-
bus ſermo fiat, ſic magis ei proſunt, qui
magis meruit vt ſibi prodeſſent. Si ve-
rò de ſpecialibus, illi tantùm conducunt,
& proſunt, cui adiunguntur. Conclu-
ſio noſtra igitur, eſt de ſuffragijs, virtute
applicatæ intentionis: quantum ad pœ-
nę ablationem: & de ſuffragijs ſpeciali-
bus. Et veram fore, tum rationibus, tum
auctoritatibus probatur, palamque om-
nibus fit. Et in primis rationibus ſic.

Sicut ſe habet viuus, ad viuum in ſuf-
fragando, ita viuus ad defunctum. Pro-
poſitio eſt Palud. in 4. diſt. 20. art. 3. q.
3. concluſione 1. Ioſeph. Angel. lib. 7.
Theolog. in 4. ſent. q. de ſatisfact. art.
2. Nauar. de Anno Iubil. & indulg. no-
tab. 22. n. 48. ac aliorum quamplurimo
rum. Sed viuus ſuffragans pro viuo ſpe
cialiter, illum liberat, & non alium: igi-
tur ſacerdos ſuperſtes, pro defuncto vno

ſuffragans, Miſſamque abſoluens (pro vt in queſtione proponitur) illum, & non alium liberabit. Min. patet Gen. 17. vbi Abrahã pro Iſmaele deprecatur, exauditurque. Dixit enim, Vtinã Iſmael viuat: & Dominus reſponſum dedit. Super Iſmael quoq; exaudiui te. Gen. cap. 25. Iſaac pro vxore ſua Dominum deprecatus eſt; eo quod ſterilis eſſet, qui exaudiuit eum, ac conceptũ Rebeccę dedit. Vnde textus. Sed collidebantur in vtero eius paruuli. In Act. Apoſt. cap. 12. Eccleſia pro Petro orat. Legitur enim. Oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia, ad Deum pro eo. Et exauditur. Vnde infra ſubdit à Petro. Nunc ſcio vere, quia miſit Dominus Angelũ ſuum, & eripuit me de manu Herodis. Matt. 8. Centurio pro famulo ſuo erat, dicens. Domine puer meus iacet in domo paraliticus, & male torquetur. Et
exauditur

exauditur. Vnde Saluator dixit. Vade, ſicut credidiſti fiat tibi. patet etiam hoc. Matt. 7. & 15. Marc. 9. Ioan. 4. & alibi. Igitur viuus pro defuncto Miſſam ſpecialiter celebrans, illum liberabit, & non illum, qui magis meruit liberari.

Item. Iuſtitia Diuina eſt ad inſtar humanę. At Iuſtitia humana, quando quis pro ęre alieno oppreſſo ſoluit, ipſum, ab ære alieno liberat, & non alium. Igitur Iuſtitia diuina, illum è purgatorio liberabit, pro quo, quis celebrando ſoluit, & non alium.

Item. Vita temporali viuens, elemoſinamque largiens, ei magis conducit, quam alio. Igitur, ſi de ipſius mandato, de morte illius largiatur, (cum pro tali habeat Deus, ac ſi ipſemet impenderet:) ei magis, quam alteri prodeſſet.

Item Iob 13. Deus non indiget noſtro mendacio, ergo videtur quod Papa, ſuis

litteris

litteris mentiri non debeat. Igitur verū ſatur. Igitur tantam (per modum ſuf-fragij) indulgentiam tribuit, quantam in ſuis litteris promit, & explicat. Cum ergo dicat. Qui faciet hoc, & hoc, vnā animam de purgatorio, quam voluerit, eripiet, Pontificem audiens; animam, quam valuerit liberabit: & non eam,quę magis eſt digna,educet.

Amplius. Deus recipit opus ſecun-dum intentionem producentis. Verum celebrantis intentio eſt,patrem ſuum, è purgatorio extrahere. Igitur patrē ſuū, & non alium extrahet. His rationibus: auctoritates adiunguntur.

In primis probatur auctoritate Gen. cap. 50. vbi legitur. Veneruntq; ad arā Ared, vbi celebrantes exequias plantu magno,im pleu erūt ſeptē dies.Deut.etiā 34. igitur pro particularibus defunctis, priſcos illos ſuffragatos eſſe patet.ſi dicat.

Ex

Ex his locis tantum deſumi deprecatio, pro particularibus perſonis: at illis opitulari nequaquam. Nos reſpondemus; probè haberi, illos in hanc fuiſſe ſententiam, ſcilicet ſuffragia eis conſulere, alioquin ſpecialiter pro illis non fuiſſent deprecati, ſed vniuerſaliter, nullo habito reſpectu, ad hunc, & ad illum. Vnde lepide his locis, noſtra roboratur cõcluſio. Sed clariores auctoritates animaduertamus. Tertio Reg. 17. Hælias pro filio defuncto viduæ, orauit dicens. Domine Deus, etiam ne viduam, apud quam ego vtcunq; ſuſtentor, afflixiſti, vt interficeres filium eius? Et expandit ſe, & menſus eſt ſuper puerum, tribus vicibus, & clamauit ad dominum, & ait. Domine Deus meus, reuertatẽ obſecro, aĩa pueri huius, in viſcera eius. Et exaudiuit Dominus vocem eius, & reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit, 4. Reg. cap. 4. dicitur

dicitur. Ingreſſus eſt ergo Heliſeus do-
mum, & ecce puer mortuus iacebat in
lectulo eius, ingreſſuſq; clauſit hoſtium
ſuper ſe, & ſuper puerum, & orauit ad
Dominum, & aſcendit, & incubuit ſu-
per puerum, poſuitque os, ſuper os eius,
& manus ſuas ſuper manus eius, & in-
curuauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt
caro pueri. infra. Oſcitauitque puer
ſepties, aperuitq; oculos. infra. Tolle
filium tuum dixit matri. In Act. cap. 20
Paulus quoque incubuit, & ſuſcitauit
adoleſcentulum illum mortuũ. In Hiſt.
trip. lib. 9. cap. 9. Cum populus illic cõ-
gregaretur ad Baſilicam Anaſtaſiam ad
Miſſas, fertur, mulierem de ſuperiori
porticu cadentem, communi oratione
facta, ſuper eam reuixiſſe, vt quam plu-
rimos à D. Franciſco, ac ab alijs Sanctis
mortuos particulares ſuſcitatos ſilentio
inuoluam qui cum defunctos illos, quos
potiſſimum,

potiſſimum, & ſpecialiter deſiderabant, (Dei ope) ad vitam reuocauerint, & nō alios, ad quos animum non direxere, probe ſumitur, illam animam pro qua maxime ſuffragium offert liberari. prę-ſertim cum è purgatorio eduxiſſe, ſit ſen-tiendum. Si quis circa hoc ambigen-dum eſſe diceret: an de purgatorio, vel de limbo: dicimus, & nos de priſcis dubi-tari poſſe, at de ſuſcitato à Paulo ne-quaquam: quoniam tunc tēporis lim-bus patrum ablatus erat, vel (vt rectius loquar) euacuatus. Si dicatur forte de limbo puerorum fuiſſe eius animam ſub-latam. Abſit quoniam circunciſus erat; quia iudeus. Si dicatur forte de inferno: Abſit: quoniam ibi nulla redemptio. Si dicatur de cælo, abſit: quoniam ſuam de-terioraſſet conditionem. Vnde de pur-gatorio exiuiſſe patet. Sed liceat ſaltem à corporalibus, ad ſpiritualia argumen-

tum ſumere. Quemadmodum igitur mortuus vita corporali,ad priſtinam reducitur, quando pro ipſo,ſpeciales apud Deum funduntur preces: Sic quãdo pro purgante ſpecialiter oratur, ipſe,& non alius de purgatorio liberatur. Et ſi quis his non aquieſceret ad 2. Mach. cap. 12. confugiat;vbi concluſionis veritas, luce clarior conſpicitur. Sic enim extat ibi: Vir fortiſſimus Iudas, collactione facta duodecim millia dragmas argenti, miſit Hieroſolimam. infra. Niſi enim eos,qui ceciderant reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur, & vanum, orare pro mortuis. Quid clarius? Ecce,quod pro interfectis ſpecialiter orat. illis prodeſſe autumat,& ſi aliter ſe haberet res,ſecuſq; eſſet; ſuperfluum videri pro eis orare inquit. Et clarius explicat adijciens. Sed quia conſiderabat, quod ij, qui cũ pietate dormitionem acceperant, optimam

mam haberent repoſitam gratiam. Nota quod hi,qui cum pietate,ſcilicet,non alij. Textus iſte in aperto eſt, ſi etiam,atque etiam perpenditur, Nunc Eccleſiæ ſanctionem contemplemur.

Conc.Conſt. ſeſſ. 8. determinat orationes ſpeciales pro quodam factas,pluſquam generales,ei prodeſſe. Si ſic, igitur ſuffragia ei proſunt, pro quo fiunt. Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. 4. de ref. pro particularibus ſuffragandum eſſe, his verbis hortatur. Ita tamen, vt ſemper eorum defunctorum comemoratio fiat, qui pro ſuarum animarum ſalute legata ad pios vſus reliquerunt. Cum igitur pro illis comemorationem habendam fore ſtatuat. ſuffragia illis opitulari aperit. Et ſi aliter eſſet, incaſſum id ſtatueret. 13. queſtione 2. pro obeuntibus ſcribitur. Pro obeuntibus quippe conſuluerim cognoueris; Si licet pro

eis

eis oblationes fieri. Sancta ſic tenet Ecclesia, vt quiſquis pro mortuis verè chriſtianis offerat oblationes, atq; preſbiter faciat memoriam. Cum pro particularibus memoriam fieri debere ſtatuat, noſtram fulcit opinionem. Quẽadmodum & cap. quod autem de pen. & remiſs Illam corroborat, dum inquit. Valeãt, quibus proprij Iudices conceſſerunt. Patet ex Bulla Alex. 6. pro Anno Iubilei. Anno Domini. 1500. à Stephano Noto, & à Cyrillo Franco in eorum libris de Iubileo relata. Sylueſter Papa vnicuiq; eandem facultatem conceſſit, ſ. liberandi vnam animam quam voluerit de purgatorio. Eccleſiam Sancti Petri Adara Neapolis die Dominico quadrageſimali viſitanti. Similiter, & Pelagius id tribuit. Et quam plurimi alij ſummi Pontifices ſub hac forma altaria conceſſerunt; vt ſi quis, in eis celebraret,

braret, vnam animam per modum ſuf-
fragij, (pro libitu ſuó) liberare poſſet.
vt videre eſt in Araceli, D. Petri in Mon
te áuro, D. Bartholomei, atq; aliarũ Ec-
cleſiarum Almæ vrbis Altaribus. Et ex-
tra in Eccleſia Sancti Franciſci Iadrę re-
ligionis noſtræ, Montis Barochij, ac alijs
quamplurimis liquet. Vnde cum Papa
circa hoc errare nequeat, illam animam,
pro qua ſuffragatur liberari, pro comper
to habendum eſt. Alioquin ſtultè (vt in-
quid D. Bonauent: in 4. diſt. 45. art.
2. q. 3.) moueretur tota Eccleſia Dei, quę
ſpecialiter orat, quod non oporteret fa-
cere, ſi nõ illi prodeſſet. Et fruſtra eſſent
ſpeciales orationes aſſignatę, aliæ pro
viuis, aliæ pro mortuis: & iterum pro
viuis, alijs, & alijs, vt patet in orationi-
bus in Miſſali Romano, pro diuerſis aſ-
ſignatis perſonis, & ſtatibus, vel con-
gregationibus: vt dicit Scotus queſt. 20.

quodl. quia non plus valeret illis, quam generaliter cuicumq; in Eccleſia. Et vana eſſet Eccleſię conſuetudo ſtatuentis, vt pro ſingulari defuncto, ſingulariter fieret ſuffragium.(vt inquit Sotus in 4. diſt. 45. q. 2. art. 4. imò inutilis, vt ait Robertus de Leccio in ſuo quadrageſimali Dom. 4. cap. 3. dub. 2. & incaſsum (inquã ego) hoc orandi genus docuiſsẽt Apoſtoli, tradidiſsẽtq; Eccleſiæ Patres.) Cęterum iam illos agrediamur.

Dionyſius Areopag. cap. 7. de Eccl. Hierarch. inquit. Accedens deinde Venerandus Antiſtes, precem ſuam ſuper mortuum peragit, precatur oratio illa Diuinam clementiam, vt cuncta dimittat, quæ per infirmitatem humanam admiſit peccata defuncto, eumq; ſtatuat in regione viuorum. ibique mos iſte, ab Apoſtolis originem duxiſſe ait. D. Damaſcenus quoq; in ſerm. de ſuffragijs

ab

ab Apoſtolis exordium ſumpſiſſe dicit, his verbis. Miniſteriorum conſcij diſcipuli Saluatoris, memoriam fieri eorũ, qui fideliter dormierant ſanxerunt. Ita Griſt hom. 69. Clemens Epiſtola prima. Athanas pariter. Si dicatur hos patres tantum dicere, nos debere ad Apoſtolorũ exemplum rogare pro mortuis in genere, & non in ſpecie. Contra. Dionifius. Antiſtitem pro vno defuncto rogantem inducit, & alij quoq; pro illis, qui obiere ſpecialiter orandũ prędicant, & id, ab Apoſtolis deriuare affirmant; ſed ad quid pro particularibus orauere Apoſtoli, ſi illis non proderat? At Aug. in lib. de cura pro mort. agen. Citra omnẽ fucum negotium aperit, inquiens. Sepultura valet in loco ſancto, propter orationes ſanctorum, qui orant pro eo, ad cuius tumulum memorantur. Nota pro eo. Et etiam in ſerm. Cathed. Sancti

cti Petri, vt ſupra retulimus. Et omnes alij, quos ſupra de ſuffragiorum veritate aſportauimus. Quibus adhęret Lyran. in 2. Mach. cap. 12. ſuper verba. Et ſequenti die, dicens. Conſequenter ponitur cura de iudeis in bello mortuis. Primo ratione corporum: ſecundo ratione animarum: infra. Sed fortè videretur alicui, quod illud factum fuiſset fruſtra, eo quod videntur ibi mortuos fuiſſe in peccato mortali, habentes ſecum donaria Idolorum. Dicendum, quod Iudas, & ſocij eius debebant probabiliter iudicare, quod illos pœnituiſſet in morte: & ſic orationes, & ſacrificium valebant eis, eo quod mortui fuiſſent in ſtatu ſalutis. Theologorum reperitur nullus, qui nõ ita ſentiat.

Magiſter ſent. primum in 4. diſt. 45. palam fatetur inquiẽs. Queritur ergo, an tantum iuuetur pauper paucioribus

ſubſidijs, quantum diues amplioribus. Si non pariter iuuatur, non ei redditur ſecundum merita: meruit enim pariter iuuari: quia pariter boni extiterunt. Si verò tantum ſuffragij conſequitur pauper, quantum diues: quid contulerunt diuiti illa ſpecialiter pro eo facta? poſtremo reſpondet ſic. Poteſt tamen dici aliter, illa plura ſubſidia contuliſſe diuiti celeriorem abſolutionem, non pleniorē. idem videtur Albertus Mag. in 4. diſt. 20. & 45. autumare.

Subſcribit Diuus Bonau. in 4. diſt. 43 art. 2. q. 3. dicens. Diſtinguendum eſt hic. Quod ſuffragia Eccleſiæ, aut fiunt in cōmuni, aut in ſpeciali. Si in cōmuni: proſunt ei magis, qui magis meruit vt ſibi prodeſſent, alijs conditionibus paribꝰ: ſi autē in ſpeciali, ei magis proſunt, pro quo fiunt.

Conſentit D. Tho. in addict. ad 3. p.

ſum q. 71. art. 12. in impreſſis Venetijs 1588. apud iuntas. in recentioribus verò ſub ſigno pacis. q. 102. art. 12. inquiens. Valor ſuffragiorum penſari poteſt ex duobus. Valent.n. vno modo ex virtute charitatis, quæ facit omnia bona cõmunia: & ſecũdũ hoc, magis valet ei, qui magis charitate eſt plenus: quamuis pro eo ſpecialiter non fiant. Alio modo valent ſuffragia ex eo, quod per intentionem vnius, alteri applicãtur: & ſic ſatiſfactio vnius, alteri computatur. Et hoc modo non eſt dubium, quod magis valent ei, pro quo fiunt: imò ſic ei ſoli valent. hęc ille. confirmat in 4. diſt. 45. art. 18. & 2. quodl. q. 7. art. 2.

Aſtipulatur Rich. in eodem libro, & diſt. art. 2. q. 2. in corpore quęſtionis dicens Pœna magnum onus portantis diminui poteſt; vel per diminutionem grauitatis oneris .ſ. ſi quis vel in totum,

vel

vel in partem auferat,vel per aliquã conſortationem virtutis illius, qui portat onus, ſcilicet ſi quis per cibum ſerentem illud onus conſortaret; ad onus ferendũ fortiorem redderet, quamuis oneris grauitatem in ſe non tolleret. Sic dico, ꝙ iſto duplici modo contingit intelligere, dimitti pœnam exiſtentium in purgatorio. Quantum ad diminutionem pœnę modo primo. Suffragia facta pro vna anima tantùm determinatè, alijs non proſunt: quia ſic virtus eorum nõ attingit nſi illũ, ad quẽ terminatˀ, & quaſi applicatur per modum agentis: Sed ſuffragia modo ſecundo facta pro vno, proſunt alijs: quia miſericordia Dei, ſuffragia facta pro vno, alijs innoteſcunt: Et quia ſeſe, diligunt ex charitate, nec ſibi inuicem inuident, omnes .n. gaudẽt de illius pœnę liberatione: quodlibet autem gaudium, reddit gaudentem magis diſ-

poſitum ad pœnam conſiſtentem; quia 7. Eth. cap. vlt. Cuicunq; triſtitię repugnat ſecundũ formam generis quæcunq; delectatio; & ideo mitigat eam: & poſſet eſſe ita fortis, quod totaliter repelleret. Sed prædictum gaudium in purgatorio non eſt tantum, quod pœnam eorum totaliter expellat, nec fortè abbreuiat, ſed intenſionem eius mitigat, hæc ibi. Et diſt. 29. eiuſdem libri art. 3. ad rem noſtram ſcriptum reliquit. Vnde exiſtentibus in purgatorio non proſunt indulgentię directè, ſed indirectè .ſ. in quantum viui faciunt pro eis, quod continetur in forma indulgentię. Maximè, ſi datur indulgentia ſub hac forma. Quicunq: fecerit hoc pro patre ſuo defuncto exiſtente in purgatorio, damus tot dies indulgentię, & hoc per modum ſuffragij. hæc ille.

Scotus quoq; q. 20. quodl. de primo ſic

ſic ratiocinatur. Poteſt autem meritum, vel oratio in triplici gradu valere alicui, ſiue pro aliquo:vno modo ſpecialiſsime: & ſic valet ſemper oranti,ſi eſt in gratia: alio modo generaliſsime : & ſic valet toti Eccleſiæ. Tertio modo(ſcilicet modo medio,)valet illi,cui per orantem ſpecialiter applicatur. alioquin in Eccleſia fruſtra eſſent ſpecialiter orationes aſſignatę. Et de ſecundo articulo ait. De ſecundo applicatio media videtur determinata ex inſtitutione Eccleſiæ.

His adhęret Guglielmus Altiſidorenſis, in 4. diſt. 14. de indulgentijs q. 2. in reſp. ad vltimum. Dicimus (inquit ille) quod tanta poſſunt eſſe ſuffragia Eccleſiæ,quod tota pœna dematur ei,pro quo fiunt.infra. Homo enim dicitur ſe punire, ſi alius punit ſe pro ipſo: ſicut ſi pater meus ſoluat debitũ quod debeo,abſolutus ſum. Eodem modo, ſi Eccleſia

ſatiſ-

ſatisfaciat pro illo, qui eſt in purgatorio, pro abſoluto habet eum Deus.

Congruit, & Guglielmus de Rubione in 4. diſt. 21. q. 3. art. 2. ver. quantū ad ſecundum concl. 4. dub. 1. An valeāt indulgentię exiſtentibus in purgatorio æqualiter; ſic reſpondens. Aut ſuffragia fiunt determinatè pro certis perſonis: aut indeterminatè, pro animabus exiſtentibus in purgatorio. Si primo modo, plus valent incomparabiliter illis, pro quibus fiunt, quàm alijs. Si autem ſecundo modo: plus valent illis, qui in maiori gratia ſunt. Pro talibus enim (vt dicitur) Deus talia ſuffragia acceptat. hęc ille.

Petrus etiam de palud. in 4. diſt. 20. art 3. q. 3. concluſione 5. dicens. Quicumq; pro alio ſatisfacit viuo, vel mortuo, ſibi ſemper meretur: ſed non pro ſe, ſed tantùm pro alio ſatisfacit. vnde pro

ſe,

ſe ita tenetur, ac ſi nihil feciſſet. Quia qui ſoluit pro alio, cõmuni creditori, illum ſolum liberat, non ſe ipſum: niſi ſuo nomine illi ſoluat: licet de amicitia apud illum laudem habeat. Et diſt. 45. q. 2. art. 1. ait. ſuffragia nõ tantùm proſunt illi, pro quo fiunt, quantum illi, pro quo ſpecialiter fiunt ex intentione. Ex quo enim ſecundum illum modum proſunt ſuffragia defunctis, ſecundum quẽ viuis. Sed ſi plus valet viuo, pro quo fit determinatè quàm alijs. Sic etiam mortuo. Non obſtante exemplo poſito de candela, & de doctrina: quia talia nõ operantur ex intentione, ſed ex naturæ neceſſitate.

Durandus quoq; in 4. diſt. 45. q. 3. tribus opinionibus relatis, hanc amplectitur ſententiam, cęteras reffellendo, exemplaq: de candela, & de voce reſpuendo, Et ſuffragium ei ſoli, pro quo fit

valere

valere oſtendendo. pro vt facit diſt. 20. q. 4. ad ſecundum.

Nec diſcrepat, Gabriel Biel. in 4. diſt. 45. q. 2. art. 3. Verſ. ſexta propoſitio. habes (inquit) ſpeciale ſuffragium ſibi ſoli, aut cum paucis, ſecundum valorem eius medium applicatum, & cum hoc cõmuni cum cæteris, citius liberatur à pœnis, cęteris paribus, quàm habens dumtaxat cõmune, & nullus ſpeciali. Et in Canon. Miſſæ lect. 27. & lect. 57. ait. Quantum autem ad diminutionem pœnæ pręcipue ei valet, pro quo fit; & quantum ad hoc, non aſſimilatur lumini, vel lectioni.

Dionyſ. Chartus. in 4. diſt. 45. q. 2. huic queſtioni inquit Reſpondendum quod cum ſuffragia fiant per modum ſacrificationis pro peccato, & peccata ſint propria ei, qui peccat, magis (vt mihi apparet) valent ſacrificia propria, & ſpecialia.

Hinc

Hinc Magiſter ait in littera, quod citius liberatur, pro quo multa ſpecialia fiunt, Hęc &c.

Frãciſcus Mayr. in 4. diſt. 45. art. 1. reſpondet ſic. Dico igitur quod ſuffragia, quę fiunt in Eccleſia indeterminatè pro omnibus fidelibus defunctis, plus proſunt illis, qui ſunt in maiori gratia. probatur, quia cõmunicatio ſecundum iuſtitiam fit ſic, quod meliori, & plus habenti de merito plus diſtribuitur, & minus digno, minus. Si autem pro determinata perſona fiant; tunc quia ſecundum intentionem merentis debet fieri diſtributio: ideo plus prodeſt illi, pro quo fit ſpecialiter, quam alijs. Et in calce art. 6. inquit. Teneo igitur, quod miſſa vnius Sacerdotis, prodeſt plus vni, pro quo fit, quam duobus.

Auguſtinus Triumphus de Ancona in lib. pot. Papę q. 31. art. 4. conſentit dicens.

dicens. Ad recipiendum indulgentiam duo requirũtur, primo applicatio illius, qui habet iuriſditionẽ diſpenſandi Theſaurum Eccleſię, ideo ſi ipſe ſic applicat, vt nomine patris, & matris poſſit recipere indulgentiam &c. puto (inquit) quod talis applicatio valet, ex quo interuenit auctoritas applicantis. Secundo requiritur impletio cauſę, pro qua facta eſt indulgentia, ſimul cum auctoritate ſupplicantis. Si verò iſta duo interueniant; puto quòd homo pro patre mortuo, vel matre mortua, poſſit recipere indulgentiam.

Thomas de Argentina in 4. diſt. 45. art. 3. Cõcluſio ſecunda eſt, (inquit) quod non omnibus proſunt æqualiter exiſtẽtibus in purgatorio, ſed ſpecialiter illis, pro quibus fiunt. Et ibi duobus modis probat.

Pelbartus in roſ. ſac. Theolog. part. 4. in

in verbo indulgentia §. 10. Si detur indulgentia ſub hac forma. Quicunque fecerit hoc, vel illud pro patre ſuo defuncto, vel alia perſona in purgatorio, ei valere arbitratur.

Nicolaus de Niſsa lib. 4. trat. 7. part. 1. port. 11. q. 3. diſtinguendum eſſe dicit. Quoniam Eccleſiæ ſuffragia (ait) aut fiunt in cōmuni: & ſic magis proſunt ei, qui magis meruit, vt ei prodeſſent: aut in ſpeciali: & ſic magis ei, pro quo fiunt. Sotus in 4. diſt. 45. q. 2. art. 4. concl. 1. Habes (inquit) ſuffragium oblatum pro ſingulari; licet ratione charitatis, in qua fundatur proſit quibuſcunque in ea exiſtentibus, nihilominus ſimpliciter plus prodeſt illi, pro quo offertur. quin verò: in ratione ſatisfactionis illi ſoli.

Suarez. tom. 4. in tertiam partem D. Thomę diſp. 48. ſect. 7. Aduertendum eſt inquit, tribus modis poſſe opus vnius

iuſti.

iuſti prodeſſe aliis. Primo de condigno, per modum ſatisfactionis. Secundo directè, per modum impetrationis, ſeu meriti de congruo. Tertio indirectè tantùm, & veluti per quandam conſecutionem, & etiam eſt per modum impetrationis, & meriti de congruo. Primo igitur modo, illi ſoli prodeſt ſuffragium, cui ex intentione offerentis applicat̃ &c.

Ad hos ſumma Ant. 3. part tit. 22. cap. 5. §. 6.
Halquot in 4. ſent. diſt. 45, q. 3.
Burlifer in opus. propos 20.
Ioann. Maior in 4. diſt. 21. q. 5.
Lich. in q. 20. quodl. Scoti.
Coſmus Philiarchus de off. Sacerd. tom. 2. part. 3. de dog. fid. cap. 36.
Rationale diuinorum offic. lib. 7. de offic. mort. cap. 35. num. 21.
Hyeron. Gad. in eodem q. 20. quodl. Scoti.

Viguerius

Viguerius Theolog. inſt. de Sacra- mento ord. cap. 16. ver' 24.

Belarmin: tom. 2. contrauerſ. cap. 18. lib. 3. de purgat. vbi Caetanum aliter ſentientem redarguit, & D. Aug. ab eo non ſtare oſtendit.

Azorius lib. x. inſtit. moral. cap. 20. lit- tera B. quarto quæritur. Et cap. 22. verſ. Decimo queritur.

Gregorius de Valent. tom. 4. ſuarū diſput. diſp. 7. q. 2. punt. 5. de indulgē- tijs, Caetanum, & Cordubenſem aſſeuerantes effectum indulgentię ex me- ra Dei liberalitate dependere, nec ex ali- qua lege, ſeu promiſſione diuina, cōſutat.

Benzonius de Anno Iubilei lib. 2. cap. 47. Veruū ſi ſub hac forma indulgeat̃ ait. Si quis pro ſuis defunctis decē aureos in elemoſinā dederit, aut viſitauerit talē Ec- cleſiā, hęc, vel illa remiſſio eis fiat. Vtiq; ipſos defūctos tale ſuffragiū iuuabit.

Ioſeph Angelus in lib. 9. Theolog. q. in 4. ſent. queſt. de ſatisfactione art. 2. difficultate, quæ incipit. Poteſt ne vnus pro alio ſatisfacere. Concl. 3. hæc tradit. ſi viuus pro mortuo in purgatorio exiſtente ſatisfacere poteſt: cur etiam pro viuo ad pœnitendum impotenti nō poterit?

Toſt. in cap. Matth. tom 3. q. 77. dicit Elemoſinæ proſunt defunctis, ſiue ab illis mandentur, ſiue ſponte amici ſui, vel alij pro eo faciunt.

Graffius in append. var. decis lib. 2. cap. 4. num. 34.

Ioannes Franc. Leonin. in Theſ. ſori. Eccl. part. 1. cap. 7. num. 31.

Bartolomeus Sybilla in ſpec. pereg. queſt. 4. ter. cap.

Nicolaus Malnepos Placent. in Theſ. cæleſti lib 3. num. 17.

Albericus in diction. in verbo ſuffragium.

giũ. Et qui ſermones, ac cõciones tùm in elapſis temporibus, tùm in tempeſtate noſtra compoſuere, id vno ore prędicãt, vt videre eſt apud Sanctum Bernardinũ. ſerm 65. art. 2. cap. 3. dom. in oct. reſurrectionis de ſtatu purgatorij. Vbi inquit. Tertium gaudium eſt ſingulare, ſeu particulare, nam ſuffragia quæ fiunt pro vno, plus ſibi proſunt, quàm ſi eadẽ pro pluribus fierent, & paulò inferius, quatuor rationibus probat. apud Sanctum Vincentium in ſerm. de commèm. animarum ſerm. 2. propè finem ad mentem D. Thomę. Robertum de Lecio in ſuo Quadrageſimali Dom. 4. cap. 3. dub. 2. Petrum Geremiam in ſerm. de peccato ſer. 26. punt. 4. conl. 1. & 3. Marcũ Marulũ lib. 5. vbi multa exempla refert. Et liquet in ſpeculo exemplorũ vbi multa exempla referunt. In Cronicis S. Frãciſci part. prima lib. 2. cap. 4.

Bernard. de buſt. in Roſ. p. 2. ſerm. 2. littera R. circa medium ſcriptum reliquit. Dicit Magiſter ſententiarum in 4. diſt. 45. & Beatus Tho. quodl. 2. q. 12. pro quo fiunt plura ſuffragia. Dato quod in eodē inſtanti plures intrauerint æqualibus pœnis obligati. & c. & ſubdit. Et in hoc valde eſt vtile habere hęredes deuotos: poteſt enim eſſe, quod duo exiſtentes in purgatorio mereantur ibi permanere per centum annos; & pro vno fiant tot ſuffragia, & elemoſinę, quod infra horā liberabitur ab illis pœnis, & alius pro quo nulla fiunt ſuffragia particularia, permanebit ibi, ad multos annos. hæc ille qui ſupra clarius oſtēdit.

Diſcipulus in ſerm. 160. inquit. Tertia conſolatio eſt, quam habent de ſuffragijs ſuorum amicorum, & conſanguineorū. Vnde legitur exemplum de duabus animabus, quarum vna erat in magnis pœnis,

nis, & tamen leta ſuit,eo quod Angelus Domini ei inſinuauerat, quod illa die natus eſſet puer,qui eam in prima Miſſa liberare deberet. Sed alia anima erat valde triſtis, eo quod nullum ſpeciale ſuffragium haberet à quocunq; homine, ſed ſolum ſperabat de ſuffragijs comunibus, quæ fiunt pro omnibus.

Raulinus ſerm. 80. de feſtiuitatibus Sanct. littera G. Pręponitioni floccifacta opinione,inquit. Ideo aliter dicendum. Quia aut ſuffragia ſunt communia: & ſic magis proſunt ei, qui magis meruit. Si autē fiant ſpecialia,& pro ſpecialibus, tunc dicitur quod duplex eſt valor ſuffragiorum. Vnus eſt per modum ſatiſfactionis, & recompenſationis alicuius pœnę: & ſic ſuffragium non valet niſi illi,ad quem applicatur per intentionem facientis: quia fructus alicuius operis, cuius operans eſt Dominus, & qui totus

cederet in vtilitatem operantis, niſi per intentionem eius in aliũ trãſferreretur: non prodeſt niſi illi, in quem operans ipſum transfert: Sed opus ſuffragiorum eſt huiuſmodi, quia procedit ex libero arbitrio. Ergo tale ſuffragium non prodeſt ad ſatisfactionem pœnę, niſi illi cui applicatur per intentionem operantis. Alius eſt valor ſuffragiorum ſecundum gaudium &c.

Richinus fer. 5. Dom. 4. querẽs hoc, reſpondet. Ad ſecundum aliqui dicunt, quod omnibus proſint ęqualiter. Alij autẽ diſtinguentes de oblationibus diuinis: aut de illis, quæ factę ſunt in diebus generalibus: aut de illis, quę factę ſunt in diebus ſpecialibus. Si primo modo, vt in diebus feſtiuis, & in die mortuorũ: ſic qui eſt in maiori charitate, magis participat &c. Si ſecundo modo, vt in diebus ſpecialibus, quando filius pro patre,

&

& amicus pro amico orat: ſic dico, quòd magis illi, pro quo oratur, quàm alteri prodeſt. exemplificat dicens. Soluo cẽtum coronatos pro illo, qui eſt in carcere: illum ſolum libero.

Gabriel Barletta fer. 4. heb. 4. tria exempla refert.

Petrus de Soto lib. inſt. Sacerd. de purg. lect. 3. dub. vlt.

Aquilanus ſerm. 27. fer. 2. Dom. 3. conſideratione 3. id ſupponit. Compẽdium priuileg. mend. part. 2. in verbo indulgentia pro ſecularibus notabili primo.

Nec ab hac ſententia diſentiunt Canoniſtæ, & Sũmiſtæ imò in eam omnes veniunt, & cadunt, vt Inn. in cap. quod autem de pœn. & remiſ. Panorom. in eodem cap. & tit. Couar. in cap. Alma mater part. 1. §. 5. num. 5. & 9. & 11.

Summa Angelica in verbo indulgen-

tia num. 21. de communi atteſtatur. Sũma Confeſſ. lib. 3. q. 196. Item de communi atteſtatur dicens Alij communiter dicunt. Quod cum ſuffragium virtutis ſit finitę, & deriuetur per intentionem facientis quo voluerit: valet ei, pro quo fit, quantum ad liberationem à pœna: tamen quantum ad congratulationem, ſic omnibus. Summa Sylueſt. in verbo ſuffragium. num. 6. ait. ſuffragium cum ſit virtutis finitæ, & deriuetur per intẽtionem facientis quo voluerit, valet ei tantùm pro quo fit. idem, & in verbo indulgentia num. 2. verſ. tertio valet.

Summa Piſanella, vel ſupplementum in verbo indulgentia num. 9. dicit ſi indulgentię fiant ſub hac forma. Quicunq; hoc vel illud, ipſe, vel alius pro quo facit in purgatorio detento habeat talem indulgentiã, valebit illi, aliter non.

Tabiena in eodem verbo num: 20:

Roſſella

Roſſella in verbo ſuffragium num. 9.
Summa Aſteſana lib. 5. tit. 40. queſt. 5. Vtrũ vnus pro alio poſſit ſatisfacere. Satisfacit dicens. Dico, quod oratio valet ex duobus .ſ. ex virtute charitatis; & ex intentione facientis. Primo modo valet omnibus & c. ſecundo, magis pro quo orationes fiunt ad diminutionem pœnę. Imò illi ſoli valẽt, pro quo fiunt, ibique exempla à Præpoſitino ad rem non facere demonſtrat.

Summa Armilla in verbo indulgentia. num. 9.

Nauarra in lib. de Anno Iibil. & indulg. not. 22. n. 13. verſ. ſexto infertur. affirmat Indulgentiam mortuo prodeſſe, cum forma eius id habet, & ab aliquo viuo fit illud, propter quod mortuo illa conceditur. & num. 32. verſ. Septimo infertur, & n. 45. verſ. His non obſtantibus. de communi atteſtatur, pro vt

late

late tradit in cap. non mediocriter de conſ. diſt. 5.

Toletus etiã in lib. inſtit. Sacerd. lib. 6. cap. 26. Caetanum increpat, dicens ſuam poſitionem, contra Eccleſię dignitatem, & ritum fore. Non enim oraret, niſi cognoſceret mortuis prodeſſe, pro vt dicit Dioniſ. cap. 7. Eccl. hierar. ſi quis alios adducere vellet, leui bracchio facere valeret, ſed quos retulimus, præſtantiſſimi ſunt, nec numero pauci. Nos autem, vt extremam manum huic prouinciç imponamus, factis oſtendemus.

D. Greg. in 4. lib. Dial. cap. 55. refert de quodam monacho nomine iuſto, qualiter in extremis laborans, ſe tres nummos aureos poſſediſſe, cum ingenti dolere indicauit, qui cum obijſet. Gregorius corpus illius, vna cum nummis, in ſterquilinio ſepeliendum mandauit; cuidam tamen Sacerdoti pręcepit, vt

per

per triginta dierum interuallum, ſingulis diebus pro illo Miſſam celebraret: quib' tranſactis, cuidam fratri germano ſuo defunctus ille apparuit, à quo, quomodo ſe haberet interogatus. Reſpondit. Vſque adeò malé me habui, iam nunc benè; quia hodie communionem accepi. Hinc cõſuetudo inoleuit, vt ꝓ defuncto 30. Miſſe. dicerent. Sed hic queri poſſet: an tantũ valeant ſuceſſiue cõtinuatę, quãtùm ſimul multiplicatę ideſt. Si per triginta dierum ſpatium omni die miſſam celebrando: vel ſi vna die omnes celebrẽtur à triginta ſacerdotibus. Dicendum, Quod vel loquimur, quantùm ad meritũ inſtituentis, ſcilicet, vt Deus magis cernatur per opus ſibi magis honorificum, & multitudimem miſſarum ſuceſſiuarũ, ut ita loquar. Vel quantum de purgatorio liberationem, & citius Deo fruendum. Si primo modo, ſatiùs eſt, vt ſin-

gulis diebus dicantur : ſi autem ſecundo modo, magis defuncto conducit, vt vno mane omnes abſoluantur. Quandoquidem Miſſa non dum celebrata ex opere operato tantam efficaciam non habet, quantam, ſi celebrata ſit. Neutrum igitur condemandm eſt, cum vterq; bona intentione fiat. Sed de his hactenus, & reuertamur vnde noſtra fluxit otatio. Sacerdos Gregorij iuſſu, & nomine, ſpecialiter pro illo celebrauit, & illum liberauit quid igitur de hoc hęſitare? In eodem libro de Paſcaſio mentionem facit, quem Epiſcopus Capuanus in balneo, veluti in purgatorio pœnas luentem nactus, eo quod in electione Papę plus iuſto ſentijt, Paſcaſium ſibi dicentem audiuit. Amabo pro me Deum deprecare: & ex hoc coniecturam facies, an fueris exauditus. Si huc remigrans me non offendens. (qui facta oratione) illuc reuerſus

uerſus, eum minime reperit, vnde tale ſpeciale ſuffragiũ ei profuiſſe intellexit.

Quam plurima exempla extant in cronicis noſtri ordinis, & libentiſſime hic inſererem, niſi legentibus caput obtundere, vel ſaltem prolixitate moleſtiam afferre, mihi perſuaderem. Hoc vnum legentium humanitate fiſus, narrabo. In Prouincia Marchiæ quidam cõcionator maxima detentus infirmitate, maximaq; de patratis peccatis contritione tactus, confeſſus fuit, cui pro pœnitentia, vt pſalterium pluries abſolueret legendo, & quoſdam dies ieiunaret impoſitum à cõfeſſore fuit. Et viſitans illum poſtea Guardianus, ac quomodo valeret interogans, reſponſum dedit. Gratias Deo ago, quod ſine pœnitentia ex hac vita non migro: at hoc vnum ægre fero, quod iniunctam adimplere nequeo, cui dixit Guardianus. Forti eſto ani-

mo

mo fili mi, quoniam ego partes tuas ſu-
ſcipiam, & pro te orandum curabo.
Conuocatis itaque fratribus, rem expo-
ſuit, & vt illius pœnitentiam in ſe ipſos
ſuſciperent adimplendam, hortatus eſt:
quam omnes hilari animo, letoq; vultu
ſuſceperunt: de quo infirmus à Guardi-
ano certior factus, ſtatim animam Deo
reddidit: & de morte apparens, ſic illis
affatus eſt. Gratias vobis ago fratres
amantiſſimi, quoniam pœnitentiam à
vobis, pro me ſuſceptam, acceptauit
altiſſimus, vnde è purgatorio ereptus iã
Cælum ſcando.

Benedictus Papa x. Eldeberto appa-
ruit, ac orationibus Odilionis de purga-
torio fuiſſe eductum, dixit. Si quis alia
exempla ad hanc rem deſiderat, ad croni-
cas fratrum D. Dominici: ad Marcum
Marulum lib. 5., & ad Speculum exem-
plorum confugiat, & iſta legentibus ſatis
ſint

ſint ,& gentiles videamus, qui lumine naturali ducti, pro particularibus ſuffragia obtulerunt.

Plato ita tradidit. Anuas quoque curas inſtaurare decet, & noua quotidie repetita memoria,ſemper parentes ſummopere honorare: ſi hæc ſeruabimus, ſēperq; ita agemus. digna à Dījs ſinguli reportabimus præmia.

Virgilius quinto Enaed. cecinit.

Dardanidę magni genus alto á ſanguine (diuum.
Annuis exactis completur menſibus (orbis
Ex quo reliquias,diuiniq; oſſa parētis
Condidimus terra, męſtaſq; ſacrauimus aras

Hanc ſané rem, rationibus, ſacrę paginæ,ac Eccleſiæ auctoritatibus,procerū ſentētījs,exemplis,& gētiliū quoq; ritu, ita roboratā oſtēdimus,vt nemini ſuper

hanc

mo fili mi, quoniam ego partes tuas ſuſcipiam, & pro te orandum curabo. Conuocatis itaque fratribus, rem expoſuit, & vt illius pœnitentiam in ſe ipſos ſuſciperent adimplendam, hortatus eſt: quam omnes hilari animo, letoq; vultu ſuſceperunt: de quo infirmus à Guardiano certior factus, ſtatim animam Deo reddidit: & de morte apparens, ſic illis affatus eſt. Gratias vobis ago fratres amantiſſimi, quoniam pœnitentiam à vobis, pro me ſuſceptam, acceptauit altiſſimus, vnde è purgatorio ereptus iã Cælum ſcando.

Benedictus Papa x. Eldeberto apparuit, ac orationibus Odilionis de purgatorio fuiſſe eductum, dixit. Si quis alia exempla ad hanc rem deſiderat, ad cronicas fratrum D. Dominici: ad Marcum Marulum lib. 5., & ad Speculum exemplorum confugiat, & iſta legentibus ſatis

ſint

ſint ,& gentiles videamus, qui lumine naturali ducti, pro particularibus ſuffragia obtulerunt.

Plato ita tradidit. Anuas quoque curas inſtaurare decet, & noua quotidie repetita memoria, ſemper parentes ſummopere honorare: ſi hæc ſeruabimus, ſẽperq; ita agemus. digna à Dijs ſinguli reportabimus præmia.

Virgilius quinto Enaed. cecinit.

Dardanidę magni genus alto á ſanguine (diuum.
Annuis exactis completur menſibus (orbis
Ex quo reliquias, diuiniq; oſſa parẽtis
Condidimus terra, męſtaſq; ſacraui (mus aras

Hanc ſané rem, rationibus, ſacrę paginæ, ac Eccleſiæ auctoritatibus, procerũ ſentẽtijs, exemplis, & gẽtiliũ quoq; ritu, ita roboratã oſtẽdimus, vt nemini ſuper

hanc

hanc liceat ambigere quicquam.

Super eſt iam, vt in ſequenti articulo aduerſariorum ſophiſmata diluamus.

Articulus Tertius.

CVM luce meridiana clarius, ex adductis rationibus, & auctoritatibus nec non miraculis in praecedenti articulo, ſuffragia pro vno purgãte Deo oblata non prodeſſe omnibus, ſed vni, & ei, cui maxime adiunguntur: atque illam animam à pœnis purgatorij abſolui, pro qua (Summo Põtifice largiente) Miſſa celebratur. Super eſt iam, in preſenti articulo eorum auctoritates declarare, rationes ſoluere, & omnem cauillationem è medio tollere.

In primis igitur ad auctoritatem D. Hieronymi. Cũ igitur pro cunctis animabus pſalmus, vel Miſſa dicitur, nihil minus,

minus, quàm ſi pro vno quolibet ipſo-
rum diceretur, accipitur. Diuerſi diuer-
ſas afferunt reſponſiones. Rich. in 4.
diſt. 45. q. 3. ad ſecundum inquit. Dico
ergo, quod referendo aliorum opinionē
ibi loquitur Hieronymus Tho. de Ar-
gen. in 4. diſt. 45. q. 1. art. 3. ad quartū
Durand. in 4. diſt. eadem. q. 3. Nicola-
us de Niſſ in 4. tract. 7. part. 1. por. 11.
q: 3. dicunt Hieronymum quantùm ad
effectum congratulationis, & conſola-
tionis loqui, quam defuncti omnes pur-
gatorij, hauriunt ex miſſa, in quantùm eſt
bonum opus facientis, atq; ad Dei ho-
norem: nec quod ęqualis ſit valoris, quā-
tum ad effectum ſatisfactionis, & libe-
rationis. Sed id, Ricardo non quadrat,
quia, quilibet plus de proprio bono, quā
de alieno gaudet. D. Bonau. in dicta
diſtintione. art. 2. q. 3. dicit Hierony-
mum quantùm ad meritum facientis lo-

qui, & non quantum ad vtilitatem eius, pro quo ſit. Alij de valore ex opere operato prouenienteloqui arbitrantur. Alij de miſſa Sacerdotis cõmunis, veluti curati, aut eius Vicarij, pro tota parocchia, Hieronymum loqui aiunt. Gloſa ibi duplicem reſponſionem affert: quarum altera, ad celebrantem Hieronymi verba refert: vt ſit ſenſus. Nihil minus accipitur .ſ. pro ipſo celebrante, quantùm pro vno, ſiue pro multis, dicatur: ſemper enim valet ſpecialiſſime celebranti, & ęqualiter, quando ęqué diſpoſitus, & ęquè ordinatè facit. hoc eſt: æquè celebrat pro multis, quando pro multis: & pro vno, quando pro vno. Gloſę verba hęc ſunt. Vel hoc referas ad ipſum celebrãtem, quia tantúm valet ei, vt miſſam celebret pro centum, veluti pro vno. Altera verò refert ad caſum, in quo loquitur. ſcilicet Non minoris valoris eſt miſſa

ſa vna, cùm cordis hilaritate pro centum dicta animabus, quàm ſi cum moleſtia pro vnaquaq; ſingulariter diceretur. Et hæc ſunt verba. Vel referas hoc ad caſum, in quo loquitur, ſcilicet, quòd non minus valet vna miſſa, cum hilaritate mentis dicta, pro centum, quàm ſi pro qualibet diceretur, cum anxietate.

Et hæc poſtrema reſponſio valde mihi arridet, præmittitur nanq; ibi (vt egregiè animaduertit Scotus.) Numquid verborum multitudine flecti Deus, vt homo poteſt? Non enim verbis tantũ, ſed corde, orandus eſt Deus; qua propter melior eſt quinque pſalmorũ decãtatio cum cordis puritate, ac ſerenitate, & ſpirituali hilaritate, quàm totius pſalterij modulatio, cum anxietate cordis, atq; triſtitia. Hęc ibi Hieronymus. Vnde ſciendum eſt, Hieronymum Monachos confortaſſe, vt ſi pro multis orare deuicti

ſorent, non propterea totum pſalterium abſoluendum eſſe, propter moleſtiam, quam legentibus pareret: ſed ſatius cõducere paucos, cum mentis hilaritate, decantare pſalmos: ſic enim melius ſatiſfit illis, meliuſq; decantantibus conducit. Dumodo (inquit Scotus) cum eius obligatione ſtare queat. Hoc opus hic labor eſt, ideſt, ſi Sacerdos, cum illis paucis celebrationibus, pluribus obligationibus valeat abundè ſatisfacere, nam de hoc dubium eſt. Nam ſi totum pſalteriũ abſoluere teneretur, & ſolum quinque legeret pſalmos, tunc haud ſufficienter ſatisfacere, mihi perſuadeo. Si quis verba iſta ad purgantes referenda percontaretur. Dicimus veritate comprobari, quantum ad conſortationem virtutis, vt ſupra dictum eſt.

Ad illud. Aliqua corporalia, de quibus minus videtur, quàm de ſpiritualibus

bus

bus, non minus communicantur quanuis pluribus communicentur, quàm ſi vni ſoli, vt liquet de lumine candelę, & voce &c. Dicimus extmpla iſta ad rem nequaquam fore, & eſſe. Et ratio ea eſt (inquit Rich.) quia candelæ lumen, atq; oratoris vox, communicant ſe, per naturę neceſſitatem: ſuffragia autem per ſuffragantis intentionem.

Vnde Palud. ſcriptum reliquit, ad rem non facere, quoniam talia non operantur ex intentione, ſed ex naturę neceſſitate.

Tho. de Argent. in 4. diſt. 45. q. 1. art. 3. ad primum. dicit quod non eſt ſimile: quia corporale lumen diffunditur ex naturę neceſſitate: ſed ſpirituale lumen quod eſt ſuffragium diffunditur, ſecundùm illius, à quo procedit, intentionem: & ideo ſpecialiter ille, hoc lumine iuuat̃, ad quē, iſtud lumen dirigit̃ ex intentione

dirigentis, ſeu ſecundum intentionem eius, à quo mittitur.

Ad tertium Dicit, quod non eſt ſimile de voce; quia vox multiplicatur per aërem naturaliter, ità, quod eius ſpecies deuenit ad aures ſingulorum circuſtantium legentem. Sed ſuffragium, (pro vt eſt quędam ſatisfactio) nō diuiditur, nec multiplicatur, niſi ſecundum intentionem illius, à quo procedit.

D. Bonau. ad ſextum. non eſſe ad propoſitum dicit. Quoniam illuminatio totam ſpeciem rei viſæ deffert ad oculum, ſimiliter, & locutio totam ſimilitudinem vocis ad aures: quod in ſolutione ſecus eſt. Eſto nanq; quod duo debitores poſſint vnum aurū intueri ęqualiter: Attamen ambobus æqualiter ſolui nequit, & ita intelligendum eſt in propoſito, quod per ſuffragia fiat. quā reſponſionem aſportant moderni.

Scotus

Scotus autem ſemper alta petens, tali
pacto ſatisfacit. dicens. Quod paſſi pro-
portionati agenti, poteſt quęlibet pars
perfici, ita ſaltem, quòd vna non minus
perficiatur, ſi perficitur alia, quàm ſi ſi-
ne illa perficeretur, ratio ea eſt, quoniã
totum eſt agenti proportionatum, hinc
partium pluralitas in toto incluſa, perfe-
ctionem actionis in omnes minimè im-
pedit; veluti nec totum includens eas.
At ſi vnò paſſo proportionato, aliud paſ-
ſum adderetur, illud non oporteret ęquè
ſimul perfici, ſicut, ſi ſolum reciperet a-
ctionem agentis. exemplis Præpoſitini,
probat Scotus dicens. lux. enim & ſo-
nus quantũ eſt de ſe, multiplicat ſe ſphę-
rice, benè dicit doctor, quantum eſt de
ſe, quoniam ſi impediatur multiplicat
ſe ſemiphelerice vel aliter vt Trat 2. da
anima q. penul. dub. 2. oſtendit. Paſſum
igitur huiuſmodi tali agenti proportio-

natum quãtumcunq; ſit paruum,partes includit, cum ſphęricum ſit, & illę quæ eiuſdē ſpherę partes ſunt ęque illuminabuntur. Hoc eſt. æque illuminabitur medium ſecundum vnam partem eiuſdē Sphęrę circa candelam, ſicut ſecundum aliam, & ita totum illud ſphęricū æque illuminabit̃, ſicut & quelibet eius pars: & omnes partes illius ſphęrici, ęque iluminabuntur, ſicut & quęlibet ſeorsū ſumpta: verum ſi alia remotior ſphęra, à candela accipiatur, ambiens primam ſphęram acceptam circa candelam, illa non ęque illuminabitur ſicuti prima.
Ad formam igitur argumenti. Cum ais, plura illuminabilia æque illuminari, ſicuti vnum: reſpondet Scotus, hac diſtinctione prœmiſſa, ſcilicet, plura illuminabilia ęque illuminari dupliciter cõtingere: primo quando ſunt eiuſdem illuminabilis partes, ſecundo quãdo non ſunt eiuſdem

dem illuminabilis partes. propoſitio igi-
tur primo modo accepta vera eſt. Sed
ſecundo modo falſa. Nunc ad rem no-
ſtram inquit, quòd illi, pro quibus ſuf-
fragatur non ſunt per ſe partes vnius,
quod ſit ſuſceptiuum adæquatum boni
reddendi virtute ſuffragij: ſed quilibet ꝑ
ſe eſt ſuſceptiuum adęquatum. Contra
hoc replicat Scotus. Si ſecunda ſphęra
minus illuminatur, quàm prima, hoc
eſt in cauſa, quia remotior, at non eſt
talis remotio in illis, pro quibus oratur,
ſed dumtaxat, eſt diſtinctio ſuſceptiui,
quia ſunt duæ perſonę diſtinctę. Reſ-
pondet negando conſequentiam, ratio,
quia duo mobilia poſſe ęquè approxima
ri eodem mouenti, neceſſario concludit,
illa eſſe mobilia partialia contenta reali-
ter, æquiualenter in vno mobili adęqua-
to. Quia ſemper eſt imaginari sphęricū
circa centrum ipſius agentis. Et quę

etiam ſunt in eadem ſphęra,ideſt diſtan-tiam eiuſdem axis, ideſt lineæ exiſtentis in medio corporis ſphęrici, ſiue circula-ris illuminabilis, illa ęquè mouentur: & alia non æquè cum illis. At ſecus eſt de illis,pro quibus deprecatur, non enim ſunt mobilia partialia, imò eorum quili-bet, eſt ſuſceptiuum adęquatum, reſpe-ctu boni reddendi virtute ſuffragij, & orationis. Hec ex Scoto, qui poteſt ca-pere capiat.

Nos verò dicimus Præpoſitini exempla eſſe,& nõ eſſe ad rem,ſecundùm quod in diuerſum ſenſum ſuffragium accipitur: duobus enim modis ſuffragium purgan tibus prodeſſe cõtingit,ſcilicet, reſpectu congratulationis, & reſpectu liberatio-nis. primo modo,exempla accõmodata ſunt. Sicut enim candela illuminat om-nes in thalamo exiſtentes, & vox à plu-ribus æqualiter auribus percipitur. ita

ſuffragium

ſuffragium quantum ad cogratulationẽ omnibus prodeſt, ideſt, omnes de fratris liberatione, ei congratulantur. Sed reſpectu ſolutionis nequaquam; quoniam fit ad ſolutionem pœnæ; & cum virtutis ſit limitatę ęqualis virtutis ad vnum, & ad plura eſſe nequit.

Ad illud à ſimili. In naturali corpore medicamentum vni membro viuo adhibitum, in cętera membra redundat. &c. Reſpondeo, quòd vera ſimilitudo, quantum ad congratulationem, vnde accuratè Apoſtolus dicit, cōgaudẽt omnia mẽbra: non autem quantum ad ſolutionem pœnę.

Ad illud. Bonum ſpirituale proportionatur ſpiritui: at ſpiritus vbiq; totus, nec per partes communicatur. igitur, & bonum ſpirituale abſq; ſui diuiſione cōmunicabitur. ſi ſic, igitur. Gab. Biel. in ſuppl. diſt. 45. q. 2. propoſ. 5. ait. Satis

reſpondet Sco. d. 20. quodl. Vnus enim ſpiritus non eſt alius. Et ſicut ſecundum Aug. lib 7. cap. 6. de trin. plus ſunt duo homines , quàm vnus homo . Item eſt ſpirituale indiuiſibile ; vt anima , & ſpiritus: & ſpirituale attributiuè diuiſibile. ſic res dedicatæ diuino cultui ſpirituales dicuntur , licet ſint res corporales in ſe. hæc ille . Sed clarius dicamus ad mētem Scoti, negando ſimilitudinem: ſpiritus enim (ſecundū Theologos) accipitur pro aliqua ſubſtantia indiuiſibili communiter, vt anima, de qua dicitur, quod eſt tota, &c. propterea veritate comprobatur, quod qui ſpiritum recipit, totum ſpiritum recipit . Eſt nanque expoſitio vna exponibilis. Cuius exponentes ſunt iſtę.

Qui recipit ſpiritum, habet ſpiritum .
Et nihil eſt Spiritus, quod non recipit.
ergo.

At de bono ſpirituali non ſic eſt. Quia quodlibet bonum ſpirituale eſt diuiſibile. Non quidem in partes quantas. Sed per partes intenſionis, ideſt gradus. licet (inquit Doctor) ſpirituale bonum quãtumcunq; intenſum non ſit realiter diuiſibile in plura, cum partium expers ſit: attamen ĩ plura bona ęquiualenter diuidi valet. gratia exempli. Eſt vnum bonum intenſum, vt decem, & ſunt quinque bona intenſa, vt duo, illa qninq; intenſa, vt duo, æquiualent decem. Cum in illis quinq; tot gradus bonitatis ſint, ſicut in decem. Ad rem igitur. tanto merito, debetur tantum bonum, quod in ſe diuidi nequit, ſed ei, benè plura bona minora æquiualere poſſunt, & ita diuidi, non in ſe, ſed in valore: dum pro ipſo, diuerſa bona minora diſtincta redduntur. Eſto igitur quod vnus pro decem, miſſam celebret, & correſpondeat

bonum intenſum, vt viginti merito celebrantis: tunc reddantur decem bona, illis decem ęquiualentia bono viginti. Si miſſa vni tantùm applicaretur, tunc illi redderetur bonum, vt viginti. At nos argumentum pro nobis concludere oſtendimus. Cum enim ſuffragium ſit bonum ſpirituale, diuidi(per eos) non poteſt, & cum ſit limitatum, non poteſt pluribus dari. igitur, ſi vni applicatur, planè ſequitur, quod alteri non poſſit applicari, alioquin infinitum fore concluderetur, ex hoc enim diuina eſſentia cōcluditur eſſe infinita: quia abſq; ſui diuiſione, eſt in tribus perſonis. Cum igitur ſuffragium ſit finitum, cum ſecundùm illos indiuiſibile, liquet, quod vni applicatum, alteri applicari nequeat: & ità ſuffragium pro vno ſpecialiter factū, alijs non prodeſſe, conſtat.

Ad illud, In Eccleſia tùm militāte, tùm

triumͻ

triumphante cuiuslibet bonum in cæte-ros quodamodo redundat &c. Reſpon-deo ſimilitudinem admittendo quantũ ad congratulationem, non autem quan-tum ad ſolutionem. Contra bona glo-riç pluribus communicata non minuun-tur ſingulis. ergo à ſimili, nec bona gra-tiæ; ſuffragia autem ſunt bona gratię: igitur Reſpondet Rich. q. 3. ad tertium di-cens, non eſſe ſimile, quia gloria reſpicit vnum bonum omnibus commune, & præſens: ſed ſuffragium gratię reſpicit reatum pœnę in ſingulis diuerſum.

Ad illud Aug. pro ſecunda opinione. Illi magis prodeſt, qui magis meruit, vt ſibi prodeſſet. ergo non cui applicantur. Reſpondet D. Bonau. in 4. diſt. 45. q. dicens verum eſſe ex parte ſua, & niſi alius pactum reformet, veluti eſt intẽtio facientis, ac ſi dicat. Quantum eſt ex ſe, illi magis prodeſſet, qui magis

meruit: attamen quia ſuffragans alteri applicat, hinc ei non prodeſt. D. Tho. dicit meritum illud conditionale fore: meruerunt, vt ſibi prodeſſent ſi pro eis fierent quod nil aliud fuit, quàm ſe habiles facere ad recipiendũ. Vnde patet, quod non directè illud iuuamen meruerunt; ſed per merita præcedentia ſe habilitauerũt, vt fructum ſuffragiorum ſuſciperent, & ita non ſequitur, quòd meritũ eorum fruſtretur. Durand. etiam ait Auguſtinũ conditionaliter intelligendũ .ſ. ſi pro eis fiunt: ſi autem non fiunt, non. Nos verò Auguſtinũ de ſuffragijs communibus loqui, & non de particularibus ſentimus.

Ad illud. Chriſtus pro omnibus mortuus eſt. &c. Dicimus non eſſe parem rationem: nam quamuis idem ſit, nihilominus vtrobiq; vniformiter non operatur. In cruce enim omnimoda plenitudine

tudine pręcium ſolutum fuit. In altari autem non; ſed effectum determinatum habet, & hinc eſt, quod in miſſa in dies ſumitur. Quod iſta, & non illa reiteratur: in iſta ſpecialiter offertur: In cruce autem pro omnibus oblatus eſt. Cum igitur ratio ſit diſpar, ſimilitudo nulla.

Ad illud. Si ſuffragia pro quo fiunt, ei prodeſſent, ſequeretur pauperes deterioris conditionis diuitibus fore. Reſpondet D. Tho. Quod nihil prohibet diuites, quãtũ ad aliquid, cõditionis eſſe melioris, q̃ pauperes, ſicut quãtũ ad expiationem pœnę: ſed quaſi nihil eſt, cõparatum poſſeſſioni regni cęlorum, in quo pauperes melioris conditionis eſſe oſtenduntur, per illam auctoritatem. Beati pauperes ſpiritu &c. Nos, idſequi, omnino negamus, cum cõmunibus ſuffragijs illis ocurratur, quę innumerabilia ſunt, & illa met, quę ſpecialia putã-

tur, cõmunia efficiuntur. Quandoqui-dem inumere perſone teſtamentum cõ-dunt, & vt pro ſe in dies, ſacra agãtur, relinquũt, qui ſi purgatorium petunt, illis ſacrificijs cito à pœnis illis abſoluuntur, & nihilominus à celebratione non deſi-ſtitur, quę (abſq; vlla contradictione) cõmunia euadunt, quibus pauperes ſub-leuantur. Quid? quamplurime Miſſe pro iſto, & pro illo diuite celebrantur, qui fortè, vel in inferno, vel in cælo repe ritur, & hæc pariter, cõmunia efficiuntur, ac indigentibus impartiuntur, vt non petentium partes, petentibus accreſcãt, quemadmodum Aug. dicit in regula, cum quis, ſuis filijs aliquam contulerit veſtem: fit in poteſtate præpoſiti, vt in rem cõmunem redacta, cui neceſſe fue-rit præbeatur. Sic Deus non indigenti applicatum, alio indigenti tribuit, preſer tim in Miſſa de mortuis, in qua intentio

dicentis expoſcitur, vt proſit alijs, ſi ei, pro quo fit, prodeſſe nequit. A quibuſdã tñ putãt, ſuffragia ꝑ perſonis incapacibus facta, (quia in inferno reperiũt) ad illos reuerti, quibus magis deuicti ſunt. Si verò pro beatis eſſent, diſtribui (inquiunt) ſecundum voluntatem eorũ, & vt eis placet; referente Mayron. vbi ſupra q. 5. art. 5. Verum cum beatorum voluntas diuinę conformis, rectaq; ſit, eis, qui maiori ęgeſtate præmuntur, & magis meruere, condonare debere cenſemus. niſi offerens talis intentionis in habitu eſſet, q̄ pro aliquo alio faceret, ſi illi haud prodeſſe agnoſceret. Alij ad celebrantẽ reuerti voluere, iuxta illud. Oratio tua in ſinu tuo reuertetur, & iuxta illud Matth. ſin autem ad vos reuertẽt. Nos vero dicimus, cõmunia euadere, ac ſecundum Dei voluntatem diſtribui, & iſtis, pauperes adiuari.

Ad illud. Sacerdos virtutis ſuffragium applicandi expers eſt: ergo ei, pro quo ſuffragium offert, non prodeſt. antecedens patet: quoniam præciſe eſt inſtrumentum &c. Reſpondetur quòd, & ſi Sacerdos eſt merè organum reſpectu boni, quod virtute ſacrificij impetratur, quia non virtute meriti proprij, & perſonalis, ſed virtute meriti Eccleſię in cuius perſona fit oblatio, & ob cuius gratiam acceptatur, non tamen præciſe organum eſt, quia ratione ordinis, gradū eminentem in Eccleſia habet, quo ſibi competit, oblationes offerre, virtutem determinare, & vt talis, & ſic, nō eſt præciſe organū, ſed miniſter, atq; diſpenſator.

Ad illud. Bonum, quod non debetur Sacerdoti, Sacerdos virtutem applicandi ius alteri non habet &c.

Reſpondetur à Scoto, quod ſi non debeť ei per ſe, debetur tamen Eccleſię,

ſecun-

ſecundum diſtributionem, & vult di-
cere, meritum ſacrificÿ tantum Eccleſiæ
eſſe, ac oblationem meritoriam dici pro
quo fit, in perſona Eccleſiæ. Vnde bo-
num tali merito correſpōdes, eſt bonum
Eccleſiæ debitum, & ſacerdos offerens
non eſt cauſa, nec effectiua, nec diſpoſi-
tiua reſpectu meriti Eccleſię, quoniam
huiuſmodi bonum pręciſe debetur Ec-
cleſiæ, pro quanto oblatio ſacrificÿ fit in
perſona Eccleſię. Quia Deus acceptat
Eccleſiam, vt ſponſam: ideo acceptat,
& oblationem ſacrificÿ factam in perſo-
na Eccleſiæ, pro qua oblatione, obligat
ſe Deus, ex ſua mera voluntate, tantum
bonum tribuere: Attamen ipſe Sacer-
dos, quia eſt Eccleſiæ miniſter, certe per-
ſonę applicare ſpecialiter poteſt. Et
qñtũ ad iſtã diſpẽſationẽ organũ nõ de
bet dici; ſed miniſter, & diſpenſator bo-
ni Eccleſię debiti virtute ſacrificÿ, quod
 in

in perſona eccleſię offert, & huiuſmodi gratia, miniſter Eccleſię appellãduseſt. Ad illud. Actus ſuffragiorum,eſt ſecundum Dei diſtributionem. At Deus non eſt,perſonarum acceptator, videtur igitur quod digniori diſtribuat, & non illi,cui aſſignat ſacerdos. Reſpondetur ad maiorem, quod non tantum eſt ſecũdum diſtributionem Dei, ſed etiam ſecundum ſuffragantis intentionẽ, & quia ſepius, ac aliquando, alicui particulari applicat,ille liberatur. Vnde illa maior, cum precisione falſa eſt: quoniam alia ſunt ſuffragia cõmunia,alia particularia: dicimus veram eſſe,loquendo de ſuffragÿs cõmunib⁹,nõ autẽ de particularib⁹. Ad illud Chriſtus offertur in miſſa, videtur ergo quod ſecundum Chriſti voluntatem acceptetur &c.

Reſpondemus negando primam conſequentiam,& ratio negationis eſt, quia

maxime

maxime diſcrepant offerre, & offerri. Chriſtus namq; cõtentus in æuchariſtia offertur, nec ipſe imediate ſacrificiũ offert. Ideo dicere offertur Chriſtus, ergo ſecundum eius voluntatem acceptatur, vlla conſequentia ſubinferri valet. At bene ſi diceretur. Chriſtus offert ſe. Ergo ſecundum voluntatẽ ipſius acceptari debet. Quod imediate Chriſtus ſe non offerat, ad heb. 9. liquet, dum dicitur. Chriſtus ſemel oblatus eſt, ſuple à ſe ipſo offerenti in paſſione. Et aliter, eſſet offerẽs. & oblatus, & ſequeret̃ quãlibet Miſſam, Chriſti paſſioni æquiualere, quod eſt omnino falſum. Chriſtus enim ꝑ infinitis, (ſi darent̃) mortuus eſt, quoad ſufficientiam, ſed quoad efficaciã, ſingulariter ꝑ predeſtinatis, vt videre eſt per Scotũ ĩ 3. ſent. d. 19. Miſſa vero non.

Ad illud. ꝙ ſi hoc eſſet, qui citius liberari meruit, diutius liberaret̃. Reſpon.

ꝙ non eſt incõueniens de his, quæ ſunt propria, ſed bene de ſuffragijs cõmunibus: de his nanq; pauper citius liberari meruit. Suffragiũ.n.eſt ad inſtar ſolutionis, vnde ſicut ille, ære alieno opreſſus, ꝓ quo ſoluit, liberat̃, & nõ alius: ſic in propoſito, is, pro quo ſuffragat̃ & non alius liberat̃. & ſi aliter eſſet rationi aduerſaret̃

Ad illud. Multi aiũt, ſuffragia defunctis prodeſſe ꝑ modũ deprecationis: igit̃ in Dei manu eſt, liberare iſtũ, vel illum. Dico ꝙ nõ obſtat hoc, nã ſi diſcrepant in modo liberãdi, cõgruunt in liberatione.

Ad illud. Scotus hortatur celebrantẽ, vt Deo dicat, ſi tibi placet. ergo. Dico Scotũ de Sacerdote obligato loqui, & ſi ita ſuadet, nihilominus ſtare cũ certitndine liberationis, vt ipſe probat:

Demũ ꝙ nõ ſit ſpetialis reuelatio, falſum eſt, vt ſupra viſũ eſt concl. 4. Ex iã dictis aduerſariorum obiectiones euaneſcunt.

Et

Et illam animam liberari, pro qua ſuf-
fragatur firmiſsime cum Auctore ſentiē
dū eſt, dicente. Huic ergo parce Deus.
Sed quid ſi eſſet in Inferno, vel puerorū
Lymbo, eſſet ne pro ea ſuffragandum?
Quid ſi in Lymbo patrum, in tempeſta-
te antiqua fuiſſet, & in iſta in Paradiſo
reperiretur, eſſet ne pro ea deprecan-
dum? Hęc omnia in ſequentibus quæ-
ſtionibus, luculentius examinabuntur.

HVIC ERGO PARCE DEVS.

QVAMVIS animę à corporibus exute ſpirituales ſint, & hinc dimenſionaliter in loco eſſe nequeãt, bene tamen diffinitiue aſtãt, diuerſaſq; receptiones tenent: ſicut vnaqueq; digna eſt, requie .ſ. vel erumna: pro eo quod ſortita eſt in carne dum viueret. Quę receptacula ſic à D. Bonauent. diſtinguntur. Loca animarum (ait ipſe) ſunt in duplici differentia. Eſt enim locus glorię .ſ. Cœlũ. &c. Alius eſt locus pœnę, qui dicitur Infernus, generaliter accipiendo nomen Inferni. Eſt autem locus iſte pœnalis dupliciter, .ſ. ſecundum pœnam damni, & ſecũdum pœnã ſenſus: & vtrunq; membrum diuiditur.

Illi enim, qui pœna damni puniuntnr, aut ſimpliciter, aut ęternaliter puniunt. Et ſic locus iſte dicitur lymbus puerorũ. Aut ad tempus, & ſic locus iſtorum eſt ſuperior, qui dicitur ſinus Abraahę. Similiter illi, qui puniuntur pœna ſenſus: aut puniuntur ętarnaliter: & ſic iſtorum eſt īfernus propriè dictus inferior aliis: Aut ad tempus, & ſic iſte locus eſt Purgatoriũ. Vnde notandum, in inferno quatuor manſiones eſſe. Prima eſt inferior, & eſt proprius damnatorum locus, Secũda lymbus puerorum non baptizatorum manſio. Tertia purgatorium, electorum, non tamen perfectorum habitatio. Quarta Abraahę ſinus, lymbus Patrum dictus. Quinta verò manſio, eſt Cœlũ, vbi ſanctorum habitatio eſt. In inferno, hij reperiuntur, qui in actuali culpa, ac dãni, sẽſuſq; pęna ęternaliter exiſtunt. Qui in puerorum lymbo ſunt

ſunt in culpa originali, & pęna danni tantum. Qui in purgatorio; ſunt in gratia, & in pęna. Qui in ſinu Abraahę; erant in gratia & cōſolatione, vllā ſenſus pęnam ſuſtinentes. Qui in Cælo; gloria perſeuunt ęterna. Hęc manſiones tempore etiam diſtinguntur. Infernus enim quinque tempora habet. ſ. ſtatū innocētię, pro Dęmonibus: ſtatum legis naturæ, in quo homo deliquit: ſtatum legis ſcriptę: ſtatum legis gratię: Quintum poſt iudicium, & ex tunc, ſemper durabit. Lymbus puerorum, quatuor habet tempora. ſ. legis naturę, legis ſcriptę, legis euangelicę, & poſt iudicium: ratio eſt, quia pro quocunq; tempore delictū exiſtit, debet & punitio exiſtere: & quia peccatum originale, in his quatuor temporibus exiſtit, hinc & punitio exiſtere debet. Purgatorium, tria tēpora habet, . ſ. legis naturæ, ſcriptę, & gratię: de iudi-

cio

cio nanq; nõ repetiet. Lymbus Patrũ, duo tempora habet .ſ. legis naturæ, & ſcriptę: nam in ſtatu gratiæ euacuatus fuit. Cęlum, & gloria, duo pariter tempora tenet, .ſ. legis gratiæ, & de iudicio. De his receptaculis omnes Theologi in 4. diſt. 45, tractant, quos hic inſerere ſuperuacaneum eſſe duximus. Nos verò, de inferno, abundè locuti ſumus, ſuper verba. Ne perenni cremer igne. De gloria etiam, ſuper verba illa. Voca me cũ benedictis. De purgatorio, ſuper verba iſta. Huic ergo parce Deus. De lymbo puerorũ, ſuper, verba illa. Soluet ſeculum in fauilla. De lymbo patrũ, nullũ quidem verbum fecimus, qui, q̃m negetur ab Hebręis, merito (laconicè tamen) de illo, in quo cacodemones nullã patribus nocendi poteſtatẽ habent, aliquod dicendum eſt.

Notandum igitur locum iſtum, qui à noſtris lymbus vocatur, à priſcis hæbreorum czeor, ideſt ligatorium, vel oczar .i. Apothecam, ſiue celarium dictus fuit. A Profeta in pſal. 85. infernus ſuperior fuit apellatus. Ab Ezechia, inferni ianua nuncupatus vt Eſa. 38. liquet Ego dixi in abſciſſione dierum; vadam ad portas inferni .i. ad lymbum. Et à Luc. cap. 16. Abraahę ſinus vocatus. Et huiuſmodi locum, ad quem iuſtorum animæ nulla culpa, nullaq; pœna obligatę pergebāt, extitiſſe probatur: primo gen. cap. 15. vbi Deus Abraahę affatur. Et tu ibis ad patres tuos in pace, ſepelieris in ſenectute bona. At patres eius, coluerunt Deos alienos. Ioſuæ 24. Ergo in infernum: ſed ipſe fidelis Dei cultor extitit. igitur nec igne torqueri, nec a demonibus infeſtari debebat. igitur in alio loco inferni, in quo ab iſtis pœnts liber

eſſet

eſſet: & iſte eſt lymbus. Hinc adiecit (ad differentiam illorum) in pace. Gen. 37. Iacob lugens dixit. Deſcendam in infernum ad Filium meum lugens. Ipſe, nec Filium, ſanctitate præditum, damnatum forè putabat; nec ſe talem exiſtimabat: igitur de lymbo ſic dicto ītelligebat. Me non ſugit, aliquos, Seol, nō infernū, ſed ſepulcrum ſignificare velle: at errant maximè; qm̄ Iacob, Filium non ſepltū, ſed a fera peſſima deuoratum credebat, vt textus ſonat; quod optime Glol. R. Selomonis animaduertit inquiens. In infernum. i. ī ſepulcrum, iuxta litterę ſuperficiem; ſed iuxta Midras. i. ſecundū gloſam &c. i. in gehennam. Nec me latet, R. Selomonem &c. el beni, dictionem el, non ad; ſed propter denotare, contendere, vt ſit ſenſus propter filium meū deſcendam lugens ī infernum. Sed deceptum ſe ſentit, quoniam Rabbi Anchielos

Cal-

Chaldaicus interpres, el,Chaldaicè trãſ-
fert leuath .i. apud. Nam Gen. luit E-
ſau, el Iſmael: transfert, leuath Iſmael.
ideſt apud &c. Si el,ſignificaret propter,
tranſtuliſſet Bedil, q̃ propter denotat.
Nam Gen. 18. dicitur. Non delebo
propter decem. In caldeum vertit. Nõ
delebo Bedil haira .i. propter decem.
In Midras cohelet ,i. expoſitione Eccl.
cap. 3. ſuper verba. Quis ſit, an Spiri-
tus Filiorum Adam aſcendat ſurſum?
dicitur. Animæ iuſtorum reponuntur
in cellario .i. in lymbo: hinc Abigail ad
Dauid. Primò regum 25. Et erat anima
Domini ligata in ligatorio viuentium,
ad Dominum Deum tuum. Erant ne
ſic animę impiorum? minime: nam ſe-
quitur. Et anima innimicorum tuorm
circunuoluetur in medio palmę ſundæ.
Vnde, duo receptacula fuiſſe ſecundum
Hebreos, liquet; malorum vnũm: bono-
rum

rum aliud, & qudlibet iſtorum, inferni nomine nucupabatur; hac tamen diffe-rertia, quod iniquorum manſio, ſeol tahtith .i. inferior vocabatur, iuſtorum vero infernus ſuperior dicebatur, vt liquet Deut. 32. Prou. 25. & in pſ. 85. vbi Propheta inquit. Eruiſti animam meam ex inferno inferiori. Sed omnibus compertum eſt, inferiorem locum non dici niſi reſpectu ſuperioris. Iacob igitur filium ſuum, & ſe ſalum eſſe agnoſcens, & dicens, deſcendam ad filium meum in infernum, de inferno inferiori, & reproborum loco intelligere nequibat, ſed de inferno ſuperiori .ſ. de lymbo, qui Abraahę ſinus a Luc. 16. appellatur. Factū eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinu Abraaæ. Vnde Griſoſ. Tom. 6. Hom. 15. de Diuite & lazaro. Dicit huiuſmodi Abraahę ſinum infernum fore, in quo para-

diſus eſt, quoniam ibi congregatio eſt electorum. Tertul, lib. 4. cont. Marci. locum animarum fidelium vocat, qui, & ſi celeſtis non eſt, attamen eſt inferno longe ſuperior. Hilarius etiam in pſ. 110. dicit eſſe locum animarum ſanctarũ, vbi tantiſper detinentur, donec illis ad regna cęleſtia detur ingreſſus. Euch. Lugd. quoq; in queſt. nou. teſt; infernũ eſſe ait, tamen locum refrigerij. Ita Ambroſius de obitu Valentiani. Gregorius Nis. in diſput. de anima, & reſ. Cur ſinus dicatur, & cur Abraahę: cõſule D. Aug. de orig. animę, & D. Baſilium: ſed de his actenus, & reuertamur vnde noſtra fluxit oratio. Si is, pro quo ſuffragatur, in inferno, aut puerorum lymbo reperiretur, prodeſſet ne illi? Quid ſi olim fuiſſet in lymbo patrum, & nunc eſſet in Cœlo, adiumento ei ne ſuffragiũ foret? Duabus queſtionibus abſoluam,

Quæritur

Queritur igitur primum an ſuffragia damnatis preſto ſint. Quam quęſtionē tribus pariter articulis terminabimus: in quorum primo rationes ex aduerſo recenſebimus; in ſecundo diuerſas circa hanc Prouinciā opiniones narrabimus, & quę pro veritate tenenda ſit, aperiemus. In tertio demum argumenta contraria enucleabimus.

Quantum igitur ad primum articulum attinet, probatur ſuffragia damnatis prodeſſe ſic 2. Machabeorū. cap. 12. Iudas ꝓ iudęis in prælio necatis orauit; ſed iſti damnati erant. igitur pro damnatis orandū eſt. ſi ſic, igitur eis ſuffragium prodeſt; nam ſi non prodeſſet, incaſsū pro eis ſuffragiū obtuliſſet. Min. qꝫ damāti eſsent, patet, qm̄ ſub eorū tunicis idolorum donaria, a quibus lex abſtinere mandabat, reperta fuere, igitur in mortali labe obiere. igitur, damnati.

Item Saul dam̃atus habetur:at 2. reg.1. Dauid,& omnes qui cum eo erant, ieiunauerunt uſq; ad ueſperam, & planxerũt planctu magno ſuper Saul. & Ionatam filium eius,& ſuper uniuerſum populũ,eo quod ceciderint gladio.

Itẽ Eccleſia orat dicẽs. A porta inferi erue animas ominiũ fidelium defunctorum. Et in Miſſa pro mortuis,inquit. Abſolue domine animas omnium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, ne abſorbeat eas tartarus &c. igitur.

Item Dam.in ſer. pro defunctis, refert, Cramũ D. Machario de hoc ſiſcitanti, reſponsũ dediſse. Quãdo pro mortuis preces offers, nos interim aliquid leuamenti ſentimus. igitur.

Item Aug. in Ench. cap. 109. murtuos ſuffragijs iuuari(ait)vel vt plena ſit eorum remiſsio, vel tolerabilior eorum

dam-

damnatio. ibidem, & recitatur de cele-
bratione miſſarum. cap. cum Marthæ.
& 13. queſt. 2. cap. tempus. dicit. Qui-
dam ſunt valde boni, & quidam valde
mali, & his non proſunt ſuffragia: qui-
dam mediocriter boni, quidam medio-
criter mali, & his proſunt. At valde
boni, ſunt beati: valde mali, ſunt dam-
nati: mediocriter boni, ſunt purgantes:
mediocriter mali, ſunt damnati illi, qui
i paucis peccatis mortalibus obiere, vel
pueri ſine baptiſmo decedentes: cum il-
la quatuor membra non coincidant. igi
tur. Iſdem ſuper uerba. pſ. 76. Nunquid
obliuiſcetur miſereri Deus. Et in lib.
1. de orig. animę. cap. 9. & 10. & in lib.
de cura agen. pro mortuis cap. 1. idem
ſentire videtur igitur &c.

Item. Prudentius in hymno ad incē-
ſum cer. Paſcalis, canit.

Sunt, & ſpiritibus ſæpè nocentibus,
pœnarum celebres, ſub ſtyge ferię.

Item Dam. in ſerm. dicto, refert: D. Greg. Traiano damnato ſuffragatũ eſſe, illumq; ex inferno liberaſſe. igit̃ ſuffragia damnatis proſunt. Quod eſſet dãnatus probatur: quoniam B. Ignatium S. Iohannis Euang. diſcipulũ, & alios quam plurimos iniuſtè morti tradidit. Infidelis mortuus eſt, poſt publicationẽ baptiſmi, de quo notitiam habuit, & ex verbis ad Gregoriũ. Veniam Traiano do, tu autẽ noli amplius pro impio orare: & ex pœna, ei propter hoc inflicta, vt ſtomaco laboraret, liquido cõſtat, igit̃

Amplius de S. Otilia Virgine, (cuius reliquię in Diœceſi Argentinę ſeruant̃) tandiu pro anima patris ſui oraſſe fert̃, donec Deus illam, de inferno liberauerit igitur.

Itē Dam. B. Thęclā ſuis precib⁹ Fulconil lā, ethnicā de īferno liberaſſe narrat. igit

Itē in vita S. Brandani legitur, quod quadam die, Iudæ animam per vireta incedentem nactus, ac maxima affectus admiratione, quód non eſſet in inferno. Iudas ſic ei affatus fuit, illum locum incolere, & conſolationem aliquam percipere, propter bona opera, quę ſuperſtes geſſit. igitur.

Item. In reuelationibus S. Brigidæ, habetur, nullā animā in īferno reperiri, cuius pœna, meritis, & precibus Deiparę Virginis Marię non ſubleuetur.

Item. In vita S. Bartholomęi Apoſtoli narratur: Angelum, quemdam dæmonem, vſq; ad diem iudicij, in quemdam locū relegaſſe, quia Apoſtolum audiuit.

Item S. Martinus quoſdam in Idolatria mortuos, ac propria manu interemptos ſuſcitauit igitur.

Item Chriſti anima ad inferos deſcē-dens, animas liberauit, ergo,& animas damnatorum: antecedens probatur au-ctoritate Mich. Eduxiſti vinctos tuos de lacu, in quo non erat aqua.

Item. Sicut ſe habent beati ad glo-riam, ita damnati ad pænam: ſed beatis proſunt ſuffragia ad gloriam,(vt liquet in collecta. Sicut Sanctis tuis proſunt ad gloriam &c.)igitur ſuffragia damna-tis quoq; proderunt ad pęnā mitigādā.

Item Aug. dicit, pœnam Arij augeri, ſecundum quod peccantes, ſuo errore augētur. Sed Deus pronior eſt ad miſe-rendum,quam ad condemnandum. igiť ſi ĩ inferno damnatis pęna augeri valet, poteſt,& minui.

Præterea. Pæna volūtaria plus Deo arridet, quàm inuita: At damnatus in vitè ſuſtinet: ſuffragans verò pro il'o, ſpontè: igitur ſuffragans pro damnato

patiendo

patiēdo plus Deo placebit, quam ſi il-
le pro ſe pateretur.

Item Deus opera ex charitate facta, acceptat: igitur ſi quis ex charitate pro dānato ſuffragabitur, Deus acceptabit.

Demū. Pueri abſq; baptiſmo vitam cum morte cōmutantes, inter damnatos aſcribuntur, & illis proſunt: igitur damnatis ſuffragia proſunt. Quod pueris illis proſint, probatur auctoritate Aug. dicentis. Quidam ſunt mediocriter mali; hi nuncupandi ſunt, quoniam non peccauerunt propria voluntate, & ſolū damni pœnā dant, & nō ſenſus. ꝓbatᷓ etiā ratione ſic. Sicut propoſitum in ꝓpoſito: ita, oppoſitum in oppoſito. Sed pueri iſti patiuntur damni pęnam propter peccatum alienum: ergo iuuari debent propter alienum meritum: hoc per ſuffragia efficitur, ergo ſuffragia illis proſunt.

Tandem

Tandẽ. Minus peccatum eſt alienũ, quàm proprium: At peccatum veniale proprium, ſuffragio nõ obſtat. ergò nec peccatum alienum obſtabit. At peccatum puerorum, eſt alienum: igitur non obſtabit, quin ſuffragia illis non opitulentur. Min. patet. quoniam peccatum veniale proprium, in purgatorio remittit. igit. Et hæc quantũ ad primũ art. iam aggrediamur ſecundum.

Articulus Secundus.

HIS Auctoritatibus, & rationibus in precedenti articulo relatis, non nulli ducti, ſuffragia damnatis opitulari arbitrati ſunt. vt apud D. Bonau. in 4. diſtinct. 46. q. 1. & D. Tho. in 3. p. ſum. q. 71. art. 5. & Dyon. Carth. in 4. ſent. diſt. 45. q. 2. Gab. Biel. Sotum, & alios in dicto lib. & diſtinctione videre eſt. Qui, & ſi in

liberandi modo diſentiunt, attamen in liberatione conueniunt: Inferni nanq; æternitatem attendentes, & ſuffragijs damnatis occurrere arbitrantes, aliqui tempus diſtinguebant ſ., in tempus ante iudicium; & de iudicio; & ſuffragia ante iudicium damnatis prꝑſtò eſſe autumarunt: de iudicio nequaquam. Alij verò perſonas diſtinguebant, in valde malas (quemadmodum ſunt illi; qui ſine Chriſti fide, & abſq; ſacramẽtis obierunt:) & in non valde malas, veluti illi ſunt, qui Chriſti fidem tenuerunt, ac de Eccleſiæ numero extiterunt, & nihilominus, in lethali peccato deceſſerunt. Primis ſuffragia minime prodeſſe, dixerunt: ſecundis verò maximè. At quia damnatorum pœna, extenſiuè infinita videbatur, & hinc ſuffragijs aboleri minime poſſe: vt iſtud inconueniens, (in quo, ſe totum abdidit Orig. in libro 1. Periarch.

Periarch. cap. 6.) excluderent, diuerſi, diuerſa ſunt locuti. Prępoſitinus, illam pænam ſuffragiorum numero, ad nihilum redigi poſſe ſentit: non vt placuit Origeni, ſed ad tempus .ſ. ad diem iudicij vſq; in qua tempeſtate, animæ denuo reaſſumptis corporibus, omni ſpe venię pręciſa, in inferno ęternaliter cruciãdę retrudentur. Quam opinionem, diuinę aduerſari prouidentiæ, tali pacto palam fit. Prouidentia .n. illa, nil inordinatum relinquit. Sed pœna, culpe ita annexa eſt, vt abſq; remiſſione culpę, pęna non dematur: at in damnatis culpa demi nequit, igitur nec pęna. Suffragijs igitur pænam aboleri, abſq; culpę remiſſione, ponere, eſt diuinę prouidentię opponi. Quod abſurdum, ſecum ipſis Poretani cogitantes (illud declinandi gratia) dixere, in pęnæ diminutione per ſuffragia faciẽda, procedi ad inſtar diui-

ſionis

ſionis linearum, quę cum ſint finitę, in partes eiuſdem proportionis, ſi non quãtitatis: in infinitũ nihilominus ſecari valent. At ipſi quoq; maximé aberrarunt: tum, quia pæna tolli nequit, niſi tollatur culpa, quę a damnatis auferri non poteſt: tum quia ſecundum ſuffragium tãti valoris eſſe valet, quanti eſt primum: & tertium ad inſtar ſecundi: & ſic funditus pæna illla aboleretur: quod eſt cõtra Saluatoris dictum Matth. 25. Ite in ignem ęternum: tum etiam, quia infinita diuiſio, quæ quantitati continue conuenit, ad quantitatem ſpiritualem transferri poſſe non videtur. Et alia etiam ratione, quam tangit D. Tho. Altiſiodrenſis dixit damnatorum pænas ſuffragijs non tolli, ſed damnatos, vt minus eas ſentiant corroborari. Sed ſi pęna infligitur, vt ſenſus, torqueat, & culpa eis non condonetur: tamen iſtud

iuſtitię

iuſtitię Dei haud competere videtur. Amplius illa corroboratio ita crеſcere poſſet, vt ſenſum à pęna omnino incolumē redderet. quod eſt falſum, Alber. Mag. in 4. diſt. 45. iuuari ſuffragijs dānatos dixit, eo quod amicis ſe exoſos ita nō eſſe ſciunt, quin pro eis nō orent. Sed ſi, quę pœnes nos geruntur, non conſpiciunt: vt Auguſt. in lib. de cura pro mort. agen. docet. Quomodo hoc? Nos igitur hos, toto cęlo errare affirmamus, Quoniam ſuffragia damnatis per ſententiam diffinitiuam, aut cuicunq; ſine gratia gratum faciente ex hac vita migrāti, minime proſunt: & per conſequens, nec pueris, ſine baptiſmo decedentibus. Iſta concluſio, quo ad vtranque partem, auctoritatibus ſacrę paginæ, teſtimonijs Patrum, Theologorum ſententijs, nec non Poetarum dictis, probatur.

Primo auctoritatibus ſacræ ſcripturæ,

Prou.

Prou. 11. dicitur. Mortuo homine im-
pio, nulla erit vltra ſpes. igitur ſuffra-
gia impijs ſ. damnatis, non porſunt. pa-
tet. quoniam ſi prodeſſent, eſſet vltra
ſpes, nec eſſet precisa, ſed ſi precisa eſt
ſpes, nec vltra eſt, ſuffragia eis non pro-
deſſe manifeſtum eſt. Eccl. 11. Vbi ce-
ciderit, lignum, ibi erit. Siue ad Au-
ſtrum, ſ. beatitudinem. Auſter .n. glo
riam ſignificat, vnde dicitur. Deus ab
Auſtro veniet; Siue ad Aquilonem ſ. ad
infernum. Legitur .n. omne malum ab
Aquilone pandet, ac ſi diceret: ſuffra-
gia nec damnatis, nec beatis proſunt.
Prou. 6. Zelus, & furor viri non parcet
in die vindictæ. Iob. 7. Sicut conſumi-
tur nubes, & permanſit, ſic qui deſcen-
dit ad inferos, non aſcendit, ſed præ-
omnibus ponderat, & cap. 15. Non re-
cedet de tenebris, ramos eius infra. Non
credat fruſtra errore deceptus ꝙ aliquo

precio redimendus ſit. Si aliquo precio redimi nequit, igitur nec ſuffragijs, igitͤ ſuffragia non proſunt. Hier. 7. Tu noli orare pro populo hoc: non aſſummas pro eo laudem, quia non exaudiam te. Non eſt dicendum populum illum peiorem damnatis extitiſſe, igitur ſi non exaudiuit pro illo populo, qui erat in via ad damnationē, multo magis, non exaudiet pro damnatis in termino exiſtentibus. de quibus dici poteſt illud Eſa. 65. Ecce ſerui mei comedent .ſ. purgantes, ſuffragijs veſcentur, & vos .ſ. damnati; eſurietis, ideſt vobis non proderunt. Matth. 12. Et quicūq; dixerit verbū in filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbū in Spiritum Sāctum, nō remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Quod, & Luc. 12. capite cōfirmat. Si non remittetur, igitur ſuffragia non proſunt, quia ſi prodeſſent re-

mitteretur. & cap. 25. Diſcedite à me maledicti in ignem ęternum: ſi æternus igitur impoſibilis ægreſſus, nam ſi daretur, non eſſet ęternus: igitur per ſuffragia nequeunt liberari. Luc. 26. Abraham Epuloni dixit. Fili, recordare, quia recepiſti bona in vita tua, infra. E in his omnibus inter nos, & vos, chaos magnum firmatum eſt: vt hi, qui volunt hinc tranſire ad vos .ſ. ad auxilium, per ſuffragia preſtandum, non poſſint: neq; inde, huc traſmeare. Quid clarius?

Ioann. in Epiſt. cap. 5. inquit. Eſt peccatum ad mortem, non pro illo dico, vt roget quis: hac ſi diceret, oleũ, & operam orando perdet, quoniam oratio, & ſuffragia fruſtra eis adhibentur.

Preterea. Patet ext. de celeb. miſſ. c. cum Marthę & 13. q. 2. cap. in preſenti & cap. pro obeuntibus, & cap. non

eſtimemus, vbi pro damnatis Eccleſia ſuffragandum non eſſe dicit. Item 23.q. 5. cap placuit, & de pen diſt. vlt. dimum canit. In inferno nulla eſt redemptio. Si nulla redemptio, nec pœnarum.

Dyon. Areop. cap. 7. de Eccl. Hierar. ait. Summus Sacerdos, pro immundis non orat, quia in hoc auerteretur a Diuino ordine. Aug. lib. 4. de Ciui. Dei Inquit. Si ſcirē matrem meam eſſe in inferno non plus orarem pro ea, quàm p Diabolo. Idem. De verb. Apoſt. ſerm. 32. ait. Qui ſine fide operante per dilectionem, eiuſq; ſacramentis, de corpore exeunt, fruſtra illis à ſuis huiuſmodi officia impenduntur. idem confirmat in Ench. cap. 76. & 68. & 110. & in lib. de cura pro mort. agen cap. 1. & vlt. & in lib. 8. queſt. Dulcitij, q. 1. tom. 4. & in lib. de fide, & operib. cap. 14. 15. & 16. tom 4. & ſuper pſ. 86. tom. 8. Greg. lib.

lib. 4. moral. cap. 44. ſuper verba illa Iob. Eſtimabit abuſum, &c. dicit. Eadem cauſa eſt, cur nõ oratur tunc .ſ. poſt iudiciũ, pro hominib⁹ ęterno igne damnatis, quæ nunc eſt, quare non oretur pro Diabolo, & Angelis eius ęterno ſupplicio deputatis: quę etiam nunc cauſa eſt, quare ſancti non orãt pro omnibus infidelibus, impijſq; defunctis: quia de his vtiq; quos æterno damnatos ſupplicio iam nouerunt: ante illum Iudicis iuſti conſpectum, orationis ſuę meritum caſsari refugiunt. Gloſ. ſuper verba Ioann. in Epiſt. cap. 5. Eſt peccatum ad mortem &c. ait. Qui in hac vita non corrigitur, poſt mortem, venia ei fruſtra poſtulatur. quod omnes Theologi cõfirmant.

D. Bonauent. in 4. diſt. 46. quæſt. 1. D. Thom. 3. p. ſum. q. 71. art. 5. Albertus Magnus in 4. diſt. 45. Rich. in

eodem lib.& diſt. art. 2. queſt. 1. Ioann. Maior. in eadem diſt. queſt. 1. Franc. Mayr. ibi : & tract. de ſuffragijs , & in 4. diſt. 21. Gabriel Biel in 4. diſt. 45. q. 2. art. 2. Thom. de Argent. ibi art. 3. verſ. quia non proſunt,& in primo diſt. 41 art. 4. Dyoniſ. Cartuſ. in 4. diſt. 45. queſt. 2. Archiepiſ. Florent 3. p. ſum. tit. 32. de ſuffragijs cap. 2. §. 7. Durand. in 4. diſt. 45. quæſt. 2. num. 12. Sot. ibi queſt.2.art.2. concl. 1. verſ. imo,& damnatis. Greg. de Valent. tom. 4. diſp.11. queſt. 1. punt. 3. aſert. 6. verſ. Damnatis autem. Azor. inſt. moral. lib. 10. cap. 22. verſ. Sexto queritur. Suarez ſect. 7. verſ. tertia conditio diſp. 48. & alij omnes ſcolaſtici; & illi, qui de hac materia ſermones habuere. Et ſi Scotus in 4. diſt. 21. dicit (& rectè quidem) quòd pro peccatis venialibus ex ſui natura : vel etiam mortalibus factis

venialibus

venialibus per contrritionem, damnati pœnam illam temporalem ſuſtinendo, ab ea poſt terminum liberantur, vſq; ad quē, huiuſmodi peccata torquenda erāt, nec pro illis pœnas luunt ęternas; quia quādopœnam illam, quam dicta peccata ſecundum ſe merentur, paſſi ſunt, Deus eis parcens, cum illis haud miſericordiam exercet: imò hoc expoſcit, & deſiderat iuſtitia, cum plus non meruerint. propterea ſuffragijs ſubleuari minime concedit. In quam ſententiam Plato, Zeno, & alij, quos in materia de ęternitate inferni citauimus, cadunt: Et Baptiſta 3. calamitatum ceccinit.

Sed neq; rex Erebi quemquam tranare paludem.

Nec ſuperis iterum redi ſint.

Quod ex duab⁹ cauſis oriri dicimus; quarum altera ex parte ipſorum eſt; altera verò ex parte noſtri eorum, eo quia

ſn termino ſunt, nec doleri poſſunt, nec confiteri. Vnde pſal. in inferno quis confitebitur tibi? Scilicet nemo: hinc Diuinę miſericordiæ expertes, & paſſionis Chriſti, qua peccatorum fit remiſſio, incapaces. Ex parte noſtri, quoniam charitate, ſuffragiorum fundamento exhauſti, & hinc eſt, quod noſtrorum ſuffragiorum participes non ſint. Et ſicut membra a corpore ſeulſa, ab eo cibum recipere nequeunt: ita damnati a miſtico Eccleſię corpore precíſi (cum charitate, qua mediante membra iſta vniuntur, ſpoliati ſint) nullum ab Eccleſię ſuffrgijs, iuuamen percipere poſſunt. Imò pro eis dedita opera orare, eſſet in mortalē labem incidere: pro illis enim, a nobis orandum eſt, pro quibus exaudiri pręſumimus: ſed pro eis orare non eſt ſic: igitur nec debemus. Amplius: voluntatem noſtram, Diuinę voluntati, (in his

quæ

quæ ſcimus Deum velle,) conformare tenemur: Deus autem ipſorum miſereri non vult: igitur nec nos, pro eis orare debemus, Et ita de pueris, ſine baptiſmo decedentibus ſentiendum. Nam omnium ſacramentorũ fundamentum baptiſmus eſt. De conſ. diſt. 4. cap. cum itaq; Sine quo, alia ſacramenta nequeunt conferri. 1. q. 1. cap. ſi quis per ignorantiam. Cum iſti baptizati non fuerint; hinc ſuffragijs adiuuari non poſſunt. Vnde D. Tho. art. 7. ait. Maximè quãtum ad meritum eſſentialis pręmij, vel pœnæ, ſuffragia viuorum, pueris in lymbo exiſtentibus prodeſſe nequeunt. Albertus Magnus art. 4. ait. Decedens ſine gratia, imperceptibilis eſt, ad gratię pręceptionem: ergo nunquam de cætero gratiam pręcipere poterunt: ſed nunquã dimittitur peccatum ſine gratia, ergo peccatum illum non dimittit per ſuffragiũ.

Rich. art. 2. q. 1. dicit. Damnatis autem pro ſolo peccato originali non proſunt', quia non communicant nobiſcum in charitatis vinculo, mediante quo, bona communicantur ad inuicē &c. Thomas de Arg. q. 1. art. 3. verſ. quia non proſunt. ait. Nec proſunt parulis exiſtentibus in lymbo, quia ſicut dictum eſt in pręcedenti q. pœna damni, quam patiuntur debet eſſe perpetua. ita Gab. Biel. dicta diſt. q,2. art. 2. concl. 1. Dyon. Carth. q. 2. verſ. At verò paruli. Sum. Ant. 3. p. tit. 23. de ſuff. cap. 2. §. 7. Niſſ. in 4. tract. 7. p. 1. port. 2. q. 1. Durand. q. 2. num. 12. Suarez. diſp. 48. ſect. 7. verſ. Secunda conditio. Toſt. in Matth. cap. 25. q. 680. tom 7. & ita omnes Theologi, vt Azor. lib. 10. cap. 22. verſ. ſeptimo quæritur, his verbis teſtatur. Conſtans eſt Thęologorū opinio in 4. diſt. 45: nil huiuſmodi parulis ſacrificia proſ-

deſſe

deſſe:ſicuti vnicuiq; illos intuenti,liqui-
do conſtabit; ac ex iam dictis, damnatis
haud ſuffragia prodeſſe cōſpicuum erit.
verum, quia obiectiones in primo arti-
culo allate,aliter aſtruere videntur, ad
illas euacuandas in ſequenti articulo de-
ſcendamus.

Articulus Tertius.

IN hoc poſtremo Articulo, cum ad-
uerſariorū rationes ſoluende veniāt:
hinc auctoritatē 2. Mach. c. 12. agre-
diar Vir fortiſsimus Iudas &c. D. Tho.
ad primū duplicem reſpōſionem affert:
quarū altera eſt, quod donaria idolorū,
pænes defunctos illos minime reperta
fuere, vt ex eis poſſet argumentum de-
ſumi,in idolorum reuerentiam fuiſſe de-
lata, ſed, vt victores; eo quod iure belli
debebantur. Altera verò, quod inter
certandum periculum mortis ſibi inmi-
nere

nere proſpicientes pœnituerunt, iuxta illud pſ. 77. cum occideret eos, quærebāt eum. Et ideo oblationes pro eis factæ fuerunt. Ita Alber. Magn. Lyran. Ioan. Maior. Azorius lib. 12. cap. 22. verſ. Tertio dicitur & alij. Sed hoc quis nouit? Nos igitur verba ipſa, etiam, atq; atiam contemplātes, dicimus Iudam nequaquā pro damnatis, ſed pro purgantibus ſuſſtagatū fuiſſe. Sequitur enim ibi. Et quia conſiderabat, quod ij, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Pro illis igitur oblationes obtulit, qui cum pietate obdormierant: damnati veró in impietate dormiunt, vnde impij appellantur iuxta illud Eſa. Tollatur impius, ne lumen videat. Pro illis deprecatus eſt Iudas, qui optimam haberent repoſitā gratiam; at damnati optimam non poſſident gratiam, imo gratia exhauſti sūt:

igitur

igitur pro eis non eſt deprecatus, ſed p purgantibus cum pietate dormientibus ac optimam gratiam tenentibus. Sciebat, n. interfectorum:alios damnatos eſſe, veluti illi, ſub quorum tunicis idolorum dona nactus eſt, a quibus lex abſtinere mandabat (Eccleſia nanq; de occultis non iudicat:)& ideo an iure belli acce-piſſent, vel eos pęnituiſſet, Iudam pręteribat:alios verò incolumes, ſaluoſq; fore putabat: veluti illi, qui, tum de patria, tum de dei cultu, benè meriti fuere. Hinc ad diſtinctionem damnatorum (pro quibus orandum non eſt) dixit, ſe pro his, qui cum pietate dormitionem acceperãt ac optimam gratiam haberent repoſitã, oblationes obtuliſſe: hac ſi diceret, non pro impíjs damnatis, qui abſq; gratia deceſſerunt, ſacriſicia offero, & ſic verbis inhęrendo, deſumitur contrarium. .ſ. pro damnatis non eſſe ſuffragandum.

Ad

Ad illud 2. regum 1. quod Dauid, & omnis populus planxerunt, & ieiunauerunt vſq; ad veſperam ſuper Saul, qui damnatus tenetur. ergo pro damnatis orandum. Reſpondemus quod diuerſe ſunt de Saulis damnatione ſententię. Alij illum damnatũ affirmant ob quinq; peccata, .ſ. ob prçuaricationem ſuam, quod non ſeruauerit verbum domini 1. Parali. cap. 10. & ꝙ interremerit Nob Ciuitatem ſacerdotum. ibidem: & quod Samuelem, dicentem ſibi. 7. dies expectabis, non audierit, ſed ſacrificium illico obtulerit. Et quod Agag. condonauerit. 1. Reg. 15. & ꝙ Phitoniſsã cõſulerit vt habet̃ in Midras VaKera ideſt in expoſitione libri Leuitici, ſuper cap. 20. Vir ſiue mulier &c. Demum, quia lethaliter a ſagitarijs ſauciatum, ſeipſum necauerit. Hebrei veró, quamuis peccator extiterit, ſaluum fore autumant. Tum

quia

quia a Samuele obiurgatus pænituit, & ex hoc coniecturatur, quia vna cum filijs, diuinę vt obtemperaret iuſtitie, morti (ob populi dei defenſionem) voluntariję ſe expoſuit, tum etiâ, quia a Samuele ei dictum fuit. Cras tu, & filij tui mecum eritis. Nec obeſtare aiunt, quod ſibi ipſi manus iniecerit mortemq; intulerit: quoniam ſpē ſalutis ſuę preciſam agnoſcebat, nec quod ſupererat vitæ in Dei contumeliam ducturum ignorabat; proinde non peccatum in his caſibus eſſe, ſed meritum, mortem ſibi inferre, ad inſtar Sampſonis, & illius, de quo 2. Machabeorum 14. fertur, quod cum iam compręhenderet, gladio ſe petit: eligens potius nobiliter mori, quam fieri peccatoribus ſubditus. Adhęrēdo primę opinioni dicimus, quod ſi damnatus habeatur, & Dauid planxerit, & ieiunauerit ſuper eum, non propterea pro illo ſuffra

gatus

gatus eſt. Nam pro mortuo flere, atq; ieiunare; duppliciter contingit .ſ. doloris cauſa, vt in nobis experimur in amicorum obitu, in quo, nec cibum ſumere, nec lacrimas continere valemus: aut ſuffragandi gratia. Dauid ergo, & populus ieiunauerunt, & planxerunt doloris cauſa: quia audiens Dauid Ionatam, quē in oculis ferebat, ac in ęre ſuo habebat, interemptum; hinc ieiunauit vna cum alījs, lacrimaſq; fudit: quod, textus, verbis illis explicat. Eo quod cecidiſſent gladio. ecce cur. Secūdo dicimus quòd etſi damnatus erat, id Dauidē fugiebat, quia cogitare poterat, in extremis ipſum pęnituiſſe: ſicùt de Macchabeis Thomas vbi ſupra, & alij dicunt. Pręſertim, quia a Samuele repręhenſum audierat. Tertio dicimus (opinionem ſecundam amplectendo,) quòd ſaluum illum habebat quoniā Samuel his verbis, ei affatus eſt:

Cras

Cras tu, & filij tui mecum eritis. Si cum Samuele: cum Samuel ſaluus, & ipſe. Verum, quia Saulem damnatum ſuſtinentes, non Samuelem, ſed humani generis hoſtem, ei fuiſſe allocutum, dicunt: hinc an Samuel, vel malignus ſpiritus apparuerit indagandum eſt. Nam ſi Dęmon dixit, mecum eris: damnatus haberetur: ſi Samuel, ſaluus teneretur. Quęritur igitur hic, (cum neceſſitas vrgeat,) An in ſuſcitatione Phitoniſſę apparuerit Samuel, vel Dęmon. Quã queſtionem tribus articulis expediemus. In primo rationes contrarie aſportabuntur. In ſecundo, quid per veritate ſentiendum ſit, aperietur. In tertio obiectiones enodabuntur.

Quantum ad primum. Arguitur malignum ſpiritum fuiſſe, & non Samuelẽ, auctoritatibus, & rationibus. Et primo auctoritatibus ſic. 26. q. 5. cap. nec mirum. dicitur, ꝙ non fuit Samul, quem

Phitoniſſa

Phithoniſſa non ſuſcitauit Samuelē, ſed aduocauit Dæmonem.

Item Tertul. lib de anima cap. 57. Cyril. de ador. ſpir. Iuſt. Mar. q. 57. Auctor lib 2. de mirabil Sacræ ſcrip. ca. 2. & lib. quæſt. vet. & nou. teæ. q. 27. S. Iſid. Dias in cap. 8. Iſ. Aug. cadere in hanc ſententiam videtur ad qq. ſimpl. & q. Dulci. Anaſt. q. 27. inſcript. auctor q. Beda Hildegar, & ſalisberiens 2. politcorū cap. 27. Seloerius, & alij quamplurimi. Pręterea Deus ſauli reſponſum per profetas ſuperſtites dare nolebat, vt liquet ex textu. Igitur multo minus per mortuos: igitur ille, qui apparuit non fuit Samuel, ſed Demon.

Item. Qui in illa ſuſcitatione affuit, ſauli dixit. Cras mecum eris. Sed cum Saul reprobandus foret; igitur ille, qui apparuit malignus ſpiritus fuit æterno igne deputandus.

Am-

Amplius. Ille, qui apparuit, à Saule ſe adorari permiſit. Sed Sanctus iuſtuſq; Profeta, vnquam id permiſiſset, qui Deum ſolum adorandum prędicauerat. Igitur non Samuel, ſed humani generis hoſtis fuit, huiuſmodi honoris cupidus.

Demum. Si fuit Samuel, qui apparuit: aut Dei virtute, aut magica arte factum fuit. Non Dei virtute, quoniam ſi ad inuocationem Phitoniſſę, Samuelem apparere feciſſet, arti magicę fauiſſet: quòd non eſt dicendum. Igitur. Non arte magica, quia tali facultate caret, licet Demones aliquibus conuenctionibus cū magis initis, voluntarię appareant, & vt homines in errorem inducant, aliqua operentur; mortuos tamen ad vitam reuocare nequeunt. Et ſi huiuſmodi arte Samuel apparuiſſet, id, ideo euēiſſet, quoniam illius animam Demon aſportaſſet. Nunc quero: Samuel, aut ſponte, aut vi

K attractus

attractus ſuit,nõ ſpõte,quoniã ſic Demo ni obtemperaſſet;quod de viro iuſto cre dere nefas eſt : non vi,quoniã ſuper ſan ctos defunctos , vllam poteſtatem tenẽt Demones : igitur mortalium hoſtis ſuit, & non Samuel.

Articulus Secundus.

CIRCA hanc quæſtionem D. Aug. in Epiſtola ad Simplicia num,duos dicendi modos refert, quorum alter eſt , quod Demon Samue lem preſeferentem aduenerit,qui cum ſe transfiguret in Angelũ lucis. vt inquit Apoſtolus. 2. cor. 11. multo magis Sa muelis formam (Deo permittente) in duere valuit. Ad quam opinionem ip ſe declinare videtur de præſagijs Demo num agens. vt habetur 26. q. 5. cap. nec mirum. Alter verò,quòd Samuelis ani

ma

ma aduocata fuerit: quod bifariam contingere valuit: primo Demonis virtute, (Deo permittente) nec inconueniens videatur, quoniam ſi, Chriſtum ipſum aſſumpſit, ac ſupra templi pinaculũ cõſtituit, nec non in excelſum montem trãſtulit: multo igitur magis vna cum Samuelis anima, hoc operari poterat, Chriſti anima, ingratuitis ſaltẽ lõge minorę: & aliquam figuram formare, per quam, anima Samuelis, quaſi in proprio corpore Sauli appareret, vt pretendit littera. Alio modo, quod virtute diuina, & eius diſpoſitione, cuius Phitoniſſa, et Demon, & Saul ignari erant; vt Sauli, ob ſua demerita, ſententia diuina ſuper illum, de proximo futura denunciaretur: ſicuti ꝑ eundem ſuperſtitem, reprobatio a regno Sauli denuntiata fuit. cui ſententię D. Aug. adhęrere videtur, in lib. de cura pro mort. agen. cap. 15. Lyranus, & To

 ſtatus

ſtatus in 1. regum cap. 28. Iuſt. contra Trifonem. Petrus Gal. lib. 6. cap. 8. contra Iudeos, Philippus de Riuo libro 2.q.2.inſt.mag. art. & Vgo Car.in.Ecc. 46.Hebreorum veró Ioſeph.lib.6.antiq. R. Ahia, R. Saadias, & alij innumeri. Nos veró dicimus, quód ſi decretum illud 26. q. 5. nec mirum, habeatur pro determinatione Eccleſię, tunc Demonē apparuiſſe tenendum eſt: ſi veró non ſit determinatio Eccleſię, vt probabiliter videtur: tum quia Aug. cuius eſt decretum, vtrunq; dicendi modum in dicta Epiſtola probabilem ponit: tum etiam, quia(poſt decretorum compilationem,) ſacrę paginæ expoſitores, prædictas ſententias, tanquam probabiles retulerunt; quód minime feciſſent, ſi vnus dicendi modus ab Eccleſia determinatus foret: niſi forté ex determinationis ignorantia, quód non videtur illis aſcribendum atq:
impu-

imputandum. Idcirco,ſi decretum illud, non ſit determinatio Eccleſiæ, (cui me ſemper in omnibus ſubmitto) dico Samuelem diuina diſpoſitione, ad anuntiãdum Sauli Dei ſententiam, & non Demonem aparuiſſe, & pluribus modis palam facio. Primo quia ſacra ſcriptura 1. reg. 28. multoties tam ſedulo Samuelem nuncupat. Dixit Samuel ad Saul, cur terruiſti me? Iterum timuit Saul valde de verbis Samuelis. Igitur ſi non fuiſſet Samuel, ſacrę hiſtorię ſcriptor, a mendacio non videretur poſſe purgari.

Si dicat̃ rerũ ſimilitudines in ſacra ſcrip: frequenter nominibus rerum nominari, vt patet gen. 41. vbi dicitur, ꝙ Farao vidit ſeptem boues, & nulli dubium, eſt, non boues, ſed illorum ſpecies inſpexiſſe, ita in propoſito, nominat̃ Samuel, quia in eius forma apparuit Demon, nec ex hoc aliquod falſum oriri, ſed ſtudioſis

anſam, inquirendi ſanum intelectum ex circunſtantijs facti preberi. Contra ꝙ non appelletur ex hoc, ꝙ ſamuelis perſonam gereret, & talem in ſpecie pereſe ferret, ſed quia vere Samuel erat. Eccl. 46. de Samuele realiter ſermo habetur, & quis fuerit, & quę geſſerit. tandẽ de eodem dicitur. Et poſt hæc obdormiuit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitę ſuæ: hic dicitur quod Samuel notum fecit regi finem vitę, poſt mortẽ. Tunc fuit, vnde dixit. Cras mecum eris &c. igitͣ ſi fuiſſet Demon, nõ diceret, ꝙ fuerit Samuel.

Item ſi in tali ſuſcitatione non fuiſſet Samuel, ſed Demon in Samuelis forma; magne fuſſiet irrogata iniuria Sancto. Hoc falſum: igitur ipſe Samuel fuit.

Preterea. Nemo niſi Deus, Angelus bonus, & Profeta ſanctus certitudinaliter futura contingentia, a Dei voluntate

tate procedentia, prædicere poteſt: De mon enim & ſi multa cognoſcit coiectu raliter, & quę in ſecundis cauſis exiſtũt, in quibus etiã mẽdax eſt, cũ mendacij ſit pater. Iohan. 8. non iſta: ſed qui apparuit certitudinaliter futuram cnntingentem mortem Saulis, & filiorum ſuorum prę dixit: igitur fuit Profeta Samüel, & nõ Demon, ille qui apparuit.

Demum, Qui apparuit, Sauli dixit, Cras mecũ eris tu, & filij tui: igitur fuit Samuel, & non Demon. Pater, quoniã, ſi quo filij pergebant, Saul tendere debe bat, & eſſe cum illis: cum Ionatas, & alij filij ſui ſalui habęantur, & per conſequẽs ad lymbum, vbi Samuel manebat, migra re debebant: igitur, & Saul: igitur fuit Samuel, & non Demon; alioquin ſeque retur, Ionatã, & alios damnatos eſſe, ſi fuiſſet Demon, cũ dixerit ſecum eſſe de bere: nam ſi cum Demone igitur damna

ti: at non damnati, ſed ſalui; igitur non cum Demone, ſed cùm Samuele. igitur qui apparuit fuit Samuel. Si dicatur Samuel iuſtus erat, Saul peccator: ergo in ſimul in futuro ſeculo eſſe nequibāt. Reſpondet, quòd penituit, poſt quā a profeta admonitus fuit. Si dicatur ſemetipſum occidit, igitur damnatus. Negatur conſequentia, nam, & alij, (quos ſupra retulimus) ſemetipſos occiderunt, nec ꝓpterea damnati habentur. Nam ſe occidere biſariam contingit, .ſ. Dei ordinatione atq; inſpiratione; vel ex deſperatione: primo modo ſe occidere peccatū non eſt, imo meritum: ſecundo modo vere peccatum eſt. At Saul primo modo mortem ſibi intulit. patet, qnoniam Deus ꝑ Samuelē ei ſignificauit mori debere, illis verbis. Cras mecū eris. Quod intelligens libenti animo acceptauit ſeq; necauit. Si dicatur Phitoniſſa aduocare
non

non poterat niſi Demonem in Samuelis ſormam. igitur fuit Demon. Reſpondemus caſum iſtum congruere cum illo, de quo legitur in lib. Num. cap. 22. 23. Fert enim, quod Balaam magus, & ariolus queſiuit reſponſum in domo ſua bis, & bis cum Balaach:, & tunc(ſecundũ doctores catholicos(Demon virtute diuina reſponſum dare prohibitus fuit, & Angelus bonus reſponſum dedit, ſuę voluntati aduerſum, nec propterea Deus, & Angelus, Magię opem tulit, at potius impedimento fuit, eius effectum ſuſpendẽdo. Sic dicimus in propoſito, demonẽ, ad inuocationẽ Phitoniſſæ venire, fuiſſe impeditum, & Samuelem affuiſſe. Vnde hanc ſuſtinendo opinionem, ad obiecta reſpondemus.

Articulus

AD illud 26.q. 5. c. nec mirũ Dicimus quod non eſt determinatio Eccl. Sed refertur ibi Aug. qui cum vtranq; opinionẽ probabilem referat, (vt ſupra diximus) ꝑptera nõ vrget.

Ad Gloſ. ſuper Eſa. 29. Phitoniſſa nõ ſuſcitauit Samuelem, ſed aduocauit demonem, negamus illam, quę nec magnę auctoritatis eſt, cũ ſit magiſtralis, & ei aduerſatur 46. cap. Eccl.

Ad Tertullianum, & alios, negamus, & cũ alijs tenemus, eo ꝙ magis ſcripturę, & rationi adherẽt. Amplius dicimus ipſos hoc dixiſſe, quia non cogitarunt de Dei ꝑmiſſione, negabãt. n. virtute magię, poſſe mortuos ſuſcitari, quod verũ eſt.

Ad illud. Noluit Sauli dare reſponſum, per profetas viuos, ergo nec per mortuos. negatur conſequentia, & ratio

eſt

eſt, quia Deus eſt agens librum. Nec ab re factum eſt: quoniam per Phitoniſſam Samuelem petijt, & Deus per eundem mortis ſententiam ei indixit.

Ad illud quod Sauli dixerit, cras mecum eris, & cum Saul reprobandus, igit̃ ſpiritus malus. Dicimus ex hoc contrarium deſumi: nam ſi vna cum filijs ſecũ eſſe debebat, cum Ionatas ſalus eſſet, & ad lymbum, vbi Samuel aderat, & ipſe eſſe deberet: igitur ſi vbi Ionatas ibi ſaul: ergo ſaul cum ſamuele, & Ionata in lymbo, & per conſequens ſamuel dixit cras &c. Hinc in Midras YaiKra vbi ſupra. dicitur. Et venerunt. infra. quid eſt qꝫ adiecit. Cras, & tu, & filij tui mecum eritis ideſt in pace mea, iuxta Hebreos. Si dicatur referri ad parem cõditionem, non loci, ſed mortis. Contra ergo fuit ſamuel, & non demon. nam demon hoc dicere nequibat, cum mortuus non ſit

ſed ad ſamuelem refferrendum cum mor tuus fuerit. Sed re uera,cum eſſe ſecum, coniunctionem dicat, ad locum refferrēdum, nam mori,non eſt ſecum eſſe, ſed ſicut ipſe, vel qualis ipſe.

Ad illud quod adorari ſe permiſit &c: Dicimus textum Hebræum legere,Et inclinauit faciem ſuam ad terram,& adorauit;nec dicit Samuelem adorauiſſe,ſed ꝙ adorauerit dumtaxat. vnde Deo, & nō ſamueli adorationis honorem exhibuit; Res enim dubia in meliorem partem interpretanda venit. Tandem dicimus, ꝙ duplex eſt adoraiio latrię.ſ.quę ſoli Deo competit vt modus:& Dulię, quę competit ſanctis. Vnde Natham 3. reg. 1. adorauit regem, nec propterea impius fuit, nec Dauid Diabolus, cum ab eo adorari ſe permiſerit. Sic in propoſito dicendum eſt, quòd tali adoratione adorauerit.

Ad vltimum dicimus, quòd factum fuit Dei virtute, & ſic difficultas nulla: nec fauit magie, quinimò eius effectum impediuit. Reſtat igitur quòd fuerit Samuel, qui cum dixerit mecum eris, ſequitur, quòd ſaul ſaluus ſit, & hinc Dauid pro eo ieiunauit, intelligens ex hoc eius ſalutem. Sic dicerēt ſaulē ſaluū tenentes.

Ad illud quod Eccleſia orat dicens. A porta inferi: erue domine animas eorum. Dicimus, quod orat pro exiſtentibus in purgatorio, & dicens à porta inferi, ac ſi diceret, à porta purgatorij et.n. infernus in ſacris eloquijs vocatur, iuxta illud Iob. In Inferno, quis mihi tribuat, vt protegas me, donec pertranſeat furor tuus, qui non pertranſit, niſi in purgatorio, quemadmodum, & lymbus patruum infernus vocatur Iob. 17. deſcendam in infernum lugens ad filium meū Ioſeph.

Ioſeph, & ca. 43. Deducetis canos meos meos cum dolore ad inferos.

Ad illud, ꝙ in collecta dicit. Fideliū Deus omnium conditor, & redemptor: animabus famulorum, famularumque tuarum remiſsionem cunctorum tribue peccatorum, vt indulgentiam, quam sēper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur. Reſpondetur quod pro illis, qui cum fide formata deceſſere deprecatur, non autem pro illis, qui cum fide informi obiere, & collecta ipſa, illis verbis: (vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt pijs ſupplicationibus conſequantur) patefacit: quandoquidem pro lethali labe meritum illud aboletur, vt nos Zech cap. 18. certiores reddit dicēs, Si auerterit ſe iuſtus, á iuſtitia ſua, omnes iuſtitię eius, quas fecerit. &c.

Ad illud quod in Miſſa, his verbis ꝓ defunctis oratur. Abſolue animas omnium

nium fidelium defunctorum de pœnis inferni, & de profundo lacu, ne abſorbeat eas tartatus, ne cadāt in obſcurum. dicitur primo comuniter, nomine inferni purgatorium intelligi, & eſt, ac ſi diceret de pœnis purgatorij, & vocat etiam tartarū, vnde ſequit̃. Ne abſorbeat eas tartarus, tartarus quaſi horrore plenus ne abſorbeat. i. ne detineātur abſorpte, ne cadant. i. ne detineantur. Secundo reſpondetur, quod verba illa ſunt ad Deum directa pro morientibus, & agonizantibus, ac in extremis laborantibus: tales enim pro mortuis habentur, ſicuti de proximo accingendus habetur pro acincto, & quoniam hi damnari valent, hinc ne damnentur, & ad infernum tendant, Eccleſia preces ad Deum fundit. libera de pœnis inferni, ne abſorbeat, ne cadant, quia cadere valent. Sed quæ ſequuntur ad purgantes ipſos refferrenda

da .ſ. hoſtias, & preces tibi domine lau-
dis offerimus: tu ſuſcipe pro animabus
illis, quarum hodie memoriam facimus:
fac eas de morte tranſire ad vitam, quam
olim Abrahę promiſiſti, & ſemini eius.
Sed nos ex verbis ipſis offertorij, pro
purgantibus, & non pro damnatis ora-
re, palam oſtendimus. Nam dicitur. Li-
bera animas omnium fidelium defuncto
rum, damnati non ſunt fideles, nec in fi-
de formata deceſſere; igit̃ de ipſis nequit
intelligi. Fideles defuncti formata fide ad
infernum non pergunt, rogans igitur
Eccleſia, vt liberet fideles defunctos de
pœnis inferni, in aperto eſt, nomine in-
ferni purgatorium intelligere, alioquin
eſſet nihil petere. Si fideles iſti non ten-
dunt ad infernum, nec ſunt in inferno,
ad quid rogare, vt eos á pœnis inferni
liberet? Amplius Eccleſia canit in infer-
no nulla eſt redemptio; ſi nulla, nec pœ-

narum

narum (vt ſupra diximus) ad quid igitur pro damnatis ſuffragari, ſi incaſum eſſe, pro certo habet, & fatetur? Ex iam dictis, lippis, atq; tonſoribus liquido cōſtat, Eccleſiam non pro damnatis, ſed ꝓ purgantibus auxiliū à Deo implorare.

Ad illud quod Dam. in ſerm. pro defunctis de Cramo D. Machario reſpondente refert .ſ. Quando pro mortuis offers preces, nos interim aliquid leuamēti ſentimus. primo dicimus non eſſe fide dignum: nam refertur ex libro Palladij ad Lautum, in quo tamen, nullū quidem verbum fit. Cum referat ex Palladio, & Palladius mentionem vllam faciat, hiſtoriam iſtam veram non eſſe patet: non magis .n. creditur exemplari, quam originali: cum in originali non extet, nec in exemplari extare debet. At eſto, quod veritate comprobetur, nec propterea nos vexat, quoniam auctore

D. Thomas.ſ.vbi ſupra ad quartum ait. Adiutorium illud non erat in hoc,quod eorum pœna diminuerẽt, ſed in hoc ſolum (vt ibi dicitur) quod eo orante, concedebatur eis,vt mutuo ſe viderent: & in hoc aliquod gaudium non verum, ſed phãtaſticum habebant, dum implebatur hoc, quod deſiderabant: ſicut, & demones gaudere dicuntur, dum homines ad peccatum pertrahunt, quamuis per hoc eorũ pęna nulahctenus minuẽt: ſicut nec minuitur Angelorum gaudiũ, per hoc, quod malis noſtris compati dicuntur. hæc ille. Nos vero propriè non fuiſſe letitia perfuſos, niſi ad hunc ſenſum, quod ipſe voluit obtinuit .ſ. ſenem intueri,in quo ſenſu locutiones ille hyprobolice .ſ. demones letari pręcicãtes, intelligende, & accipiende veniunt. .i. volitum aliquod nanciſci, in quo ſẽſu demones tripudiare dicuntur, dum

hominem

hominem ad perpetranda peccata induſcunt, vt dicit D. Tho; ex quo non ſolum pœna non minuitur, (vt Angelicus Doctor aſſertit) verum (dicimus nos) accreſcit: auctore Aug. 1. Confeſ. cap. 12 Iuſſiſti domine, vt pœna ſit ſibi omnis inordinatus appetitus. Si per Auguſtinū, omnis inordinatus appetitus, eis pœna eſt: ex hac hiſtoria, contrarium deſumeretur. ſ. quód eius dolor, & aliorum auctus fuiſſet, præſertim ſenem inſpiciēdo. Ibi .n. locū nō habet illud dictū. Solatium eſt miſeris, ſocios habere pœnarum. Vnde Liranus ſuper verba illa Luc. 16. Mitte Lazarū, ait. Hoc nō dixit charitate ductus, cum illam non habeāt damnati: ſed timore ſeruli, ne in ipſorū conſortio, eius pęna augeretur. vnde ex viſione ſenis, qua, leuamentum preſcipere dicebantur, eorum augebatur meror.

Ad illud Aug. in Eccl. cap. 10. vbi dicit, ſuffragijs mortuos iuuari, vt vel plena ſit eorum remiſsio, vel tollerabilior eorum damnatio. Reſpondet D. Bonauent. in 4.diſt. 46.q.1. ad primum, inquiens. Ad illud quod proſunt ad tollerabiliorem damnationem. Dicendũ quod non intelligitur de damnatione ſacta in inferno, vbi nulla eſt redemptio: ſed in purgatorio. Et vult dicere, quod illis dupliciter proſunt. Vel liberando, vt illos, qui parum habent de cremabili. Vel mitigando quantum ad illos, qui multum. D. Tho. ad ſecundum vbi ſupra dicit. Dãnationẽ large pro quacũq; punitione, etiam pœnam purgatorij cõcernentem intelligi, quę per ſuffragia tollitur, & ſic omnes moderni exponunt D. Auguſtinum, cum Seraphico, & Angelico doctore: & damnationem infernalem Auguſtinum non intelligere, ſed pur-

purgatorium:nos luce meridiana clarius aperimus. Sed notandum primo,quod damnare aliquem ſtat dupliciter: ſimpliciter, & ſecundum quid:aut proprie, & improprie. Siue dicas ſtricte, loquẽdo, & large: & clarius, vel æternaliter, aut temporaliter. Nam damnati, ęternaliter damnati ſunt ad pœnam. purgantes tẽporaliter: damnati, & ſententiati vult dicere Aug. vt tolerabilior ſit eorum dãnatio .ſ. temporalis, & quod iſte ſit D. Aug. ſenſus patet. Nam Aug. ſexcenties ſuffragia non prodeſſe aſſeuerat. ſi hic ſuffragijs eorum damnationem tollerabiliorem effici affirmaret, ſibi ipſi inconſtans eſſet, quod neus eſſet in tanto doctore, nec vnquam admittendus. verũ ipſemet, in eodem loco de pœna purgatorij loqui demonſtrat, dũ premittit ꝓ valde malis (.ſ. damnatis) ſuffragia nulla eſſe adiumenta mortuorum, ſed

qualeſcunque viuorum conſolationes: ſed bene pro non valde malis propitiationes fore. Si paulo ſuperius dicit nõ eſſe adiumenta damnatis ſuffragia; adijciens poſtea, vt tollerabilior ſit eorũ damnatio, & plena remiſsio fiat, de damnatis proprié nequit intelligere, alioquin palenodiam caneret, quod abſurdum eſt de ſancto Doctore, cogitatione aſsequi.

Ad illud quod recitatur de cel. miſ. cap. cum Marthæ. Quidam ſunt valde mali: quidam valde boni; & his non proſunt ſuffragia. Quidam mediocriter boni: quidam mediocriter mali: & his proſunt. Cum valde boni, ſint beati: mediocriter boni, ſint purgantes. Operæ pretiũ eſt, quód valde mali ſint damnati illi, qui cum magnis peccatis mortalibus mortui ſunt: & mediocriter mali, illi ſint, qui cum paucis mortalibus peccatis obierunt, cum membra illa

non

non coincidunt, & ſint quatuor &c. Reſpondemus, quod & ſi quatuor mẽbra eſſe videantur, tamen non ſunt niſi tria. Valde boni ſunt beati. Valde mali, ſunt damnati. Mediocriter boni, & mediocriter mali, ſunt purgantes, qui reſpectiue ſic dicuntur. Nã reſpectu beatorum mediocriter boni appellantur: reſpectu damnatorum, mediocriter mali vocatur: ſunt mediocriter, & non ſimpliciter, nec valde boni: quoniam, & ſi ſunt in gratia confirmati, attamen non ſunt in gloria, & adhuc patiuntur. Sunt meo dicriter mali, & non valde: quia, & ſi patiantur pœnam ſenſus, & damni, veluti damnati: tamen non valde mali, quia ſunt in gratia, & eorum pœne terminabuntur. boni, igitur propter gratiam: nõ valde, vt beati, propter carentiam glorię. mali propter pœnas, quas ſuſtinent: nõ valde, vt damnati, propter gratiã quam

habeat,qua exauſti ſunt damnati, & pro
p ter temporalitatem,vt ita loquar patiẽ-
di, Et eſt quidam loquendi modus. Si
quis.n. interogatur quomodo te habes?
reſponſum dabit aliquando, nec male,
nec bene, vel mediocriter male, medio-
criter bene, & lingua vernacula reſpon-
deri ſolet. Stò coſi, coſi, poco male, e
poco bene. Et gloſę tragiuerſatio in d.
cap. cum Marthę futilis eſt .ſ. quod ſuf-
fragia tollunt Geometricę, & non Arti-
metice, & dicere poſteriora ſuffragia
non tollere, vt primum, pure volunta-
rium eſt.

Ad illud quod in pſ. 76. ſed pœnas
damnatorum certis temporum interual-
lis exiſtimet,ſi hoc eis placet aliquatenus
mitigari. R. quod ibi non pertractat
de oratione pro defunctis: ſed tantum
ſentire,damnatos citra condignum pu-
niri, concedere, haud abſurdum fore,
quod

quod omnes Theologi admittunt. Et ad omnes alias auctoritates Aug. ſi quæ ſunt, dicimus nomine inferni purgatorium intelligere.

Ad prudentium. Dicimus poeticè locutũ fuiſſe. nam pitoribus atq; poetis quilibet audẽdi sẽper fuit ęqua poteſtas.

Ad illud quod D. Gregorius Troianum damnatum liberauerit. Sotus vbi ſupra, dicit, quod hęc hiſtoria de Traiano, D. Tho. Altiſiodrẽſem Theologorum pleroſq; non parum mouet: hinc diuerſi diuerſa ſunt locuti. Sed nos dicimus, ꝙ neminem vexaſſet, ſi falſam eſſe, ſentijſent. Quoniam quamplurimi, Damaſcenum, D. Gregorium pręceſiſſe per. 30. annos aiunt vt Arch. Epiſ. Flor. Volteranus, Vincentius Valuacẽſis, Tritemius, Tracagnotta tom. 2. lib. 6. qui ponit illum ſub anno Domini 402. dicens, In queſto tempo pongono Da-

maſceno

maſceno,& lib.8. ponit Gregorium ſub anno Domini 604. Io. Maior. in 4.d.45. q.1.vbi inquit.Neſcio vbi ſit origo illius hiſtoriæ, cum attribuatur Iohanni Damaſceno, qui diu pręceſſit Beatum Gregorium. Re vera,ſi res ſic ſe haberet,falſam eſſe hiſtoriam in aperto foret: quãdoquidem,ſi ipſum pręceſiſset, id recenſere nequiuiſſet. Nos veró non propterea falſam prędicamus,quia (vt Ioannes Herculanus. Hier. de Villieg. in vita Damaſceni dicũt,poſt Gregoriũ per cẽtũ annorum ſpatio vixit, .ſ. 740.)Gib. Gerob. lib. 3. Cronographię. 730. Baronius tom. 9. ſub anno Chriſti 727.ita Cormus Philiarchus de off. Sacer. Diach. lib. 21. ponit illum ſub Leone 3. qui dictus eſt Conon. At nos non preceſiſſe,ita patefacimus. Damaſcenus lib. 3. de ortodoxa fide cap. 10. Petri Cnaphei meminit dicens. Quę cum ita ſe habeant,

appen-

appendicem illam, quam ſtultus homo Petrus Cnapheus,in tranſlacto ymno adiecit, impiam eſſe ſtatuimus. Sed iſte Petrus in 5. Synodo, ſub Iuſtiniano, ſub anno Domini 532. damnatus fuit: igitur Damaſcenus tunc temporis ſuperſtes fuit,in quo Petrus vita viuebat,vel poſt: at Petrus vixit in dicta tempeſtate(vt ex Epiſtola Felicis Papę ad illum exarata liquet)ei dicens, hos tu vno temporis momento, veneno necaſti: quæ Epiſtola in dicta Synado refertur. Amplius Dam. in lib. de hereſ. de Cyro Alex. ac de Sergio mentionem facit his verbis. Monothelitę a Ciro Alex. originem duxerunt: a Sergio autem Conſtantonop. cõfirmati ſunt, & corroborati &c. infra. ab his Euſtachius exortus eſt &c. ſed iſti in 6. Synodo condemnati fuerunt ſub anno domini 670.igitur tunc Damaſcenus vixit. Si dicat per 400. annos hos vixiſſe,

d. Sy-

d. Synodus 46. ab ea annis exordium sũ pſiſſe teſtatur his verbis. Quoniam igitur ante hos 46. plus, minus, annos, quaſdam nouitates vocum contrarias orthodoxe fidei introduxerunt, qui in illo tẽpore fuerunt præſules huius veſtræ Ciuitatis .i. Sergius, Paulus, & Petrus, necnon & Cirrus, & Theodorus. Vnde patet in illa tempeſtate vixiſſe: nec propterea Damaſcenum dictam hiſtoriam ſcripſiſſe tenendum, & veram eſſe quòd ſic perſuadetur. Gregorius in lib. Dialog. multos de purgatorio liberatos narrat, & de Traiano nullum verbum quidem: igitur hiſtoria falſa, nam Damaſcenus cum vixerit centum ferè annis poſt Gregorium, id ſcribere nequiuit, niſi, vel a Gregorio audiuiſſet, vel in eius libris legiſſet, at non legit, nec ab eo audiuit igitur &c. Imo ex lib. 4. Dial. cap. 44. habetur pro damnatis non eſſe orãdum,

dum, ſicut nec pro diabolo. Igitur nec pro Traiano ipſum orauiſſe credendum. nec Damaſcenum id deſcripſiſſe doctrinæ ſue repugnas, tenendum: ſcriptum enim reliquit. Quod Angeli caſus, hoc hominibus mors. Hinc Diaconus lib. 2. de vita S. Gregorij cap. 44. hanc hiſtoriam in quandam Eccleſiam Anglorum repertam fuiſſe tradit, ac huius rei vllam in archiuijs Romanę Eccleſię memoriam extare: & falſam eſſe Melchior Canus lib 11. Belarm. in Epit. tom. 1. de circumſt. purg. lib. 2. cap. 8. Gregorius de Valen. tom. 4. dip. 11. q. 1. punt. 3. aſer. 6 falſam volunt. Verum quidem eſt, Alſonſium Ciaconum veram eſſe inſudare, multiſq; medijs niti probare. Primo Petri Diaconi teſtimonio, quod in bibliotecha Romana extet: at Ioannes Diaconus non extare affirmat, cui magis adhibenda fides, cum iuſſu Papæ B.

Greg.

Gregorij vitam deſcripſit. Secundo teſti monio innominati autoris vitæ Grego- rij 3. Ioannis Diaconi, 4 D. Thomę. 5. Brigitte. 6. Melchildis. Cui, vnico verbo reſpondemus, non eſſe magis exemplari credendum, quam originali, cum origi- nle falſum ſit, vt iam iam oſtendimus, & exemplar erit, cum exſuppoſitione lo- quantur: qui nec id dicunt, vt Belarm. citato loco oſtendit. At eſto quod ve- ritate comprobaretur; multis modis a multis reſpondetur. Abulen. ſuper 4. lib regum. q. 57. dicit Gregorium mor- taliter peccaſſe, & nihilominus fuiſſe exa uditum, ac in peccati pœnam fuiſſe con- demnatum, vt ſtomaco laboraret. Sed reſponſio iſta difficultatem nõ excludit: non enim quęritur, necne paccauerit, ſed qnomodo de inferno fuerit liberatus, vbi nulla redemptio eſt inueſtigatur.

Ioan. Diac. dicit, Gregorium pro

Traiano

Traiano non oraſſe, ſed fleuiſſe. Deus .n. miſertus, largitur quod homo nō optat, nec poſtulare pręſumit: eiuſq; animam de inferno non fuiſſe ad paradiſum tranſlatam ait, ſed ab inferni cruciatib⁹, duntaxat, imunem redditam. At hoc reſpōſum, nec ſtare poteſt; cum nec fletu, nec alio viuorū ſuffragio iuuari poſſint. Cum nulla ibi redemptio: nec pœnarū.

Sotus, Gregorium pro Traiano ſuffragatum eſſe inquit, quoniam nec ne, in inferno reperiretur, anceps erat. Mallem dicere (ait ipſe) Gregorium dubitantem, an eſſet in inferno, oraſſe pro illo: ſed (ſubdit) neq; hoc facile credo. Quę reſponſio, nec quadrat: quia Gregorio, de Traiani damnatione minime ambigendum erat, cum poſt promulgationē Baptiſmi infidelis obierit.

Thomas ad 5. quorundam ſententiam refert, Animam eius, a reatu pœnę ęternę

nę non fuiſſe ſimpliciter abſolutam, ſed ad tempus .i. vſq; ad diem iuditij ſuſpē-ſam. Nec hoc arridet, quia ibi nulla re-demptio.

Ioan. Maior. in 4. d. 45. q. 1. Coſm. Philiar. de off. Sacerd. p. 1. de Sacrificio Miſſę cap. 8. lib. 2. Belarm. dicunt Tra-ianum vite fuiſse reſtitutum, & baptiz-zatum meruiſse, & tandem in gratia de-ceſiſse. nec reſponſio iſta, eadem ratio-ne aliquid valet.

Alij volunt Gregoriũ Dei inſpiratio-ne pro eo preces fundiſse. Hoc eſse va-luit, ſed poſse, ad eſse, cõſequentia nõ va-let, Et ſi ſic, cur ei propter hoc inflicta pæna? Cur illi dictum. Noli amplius pro impio orare?

Gab. Biel. in 4. d. 45 q. 2. art. 2. ait ſic Traianus non videtur fuiſse damnatus: ex quid nominis damnatus. de Pen. diſt. penult. q. 3. quia non per ſententiam diſ

fini-

finitiuam adiudicatus æternæ morti:ſed fuit ibi conſeruandus, liberanduſq, orationibus Gregorij. Vnde nos dicimus, quod ſi hiſtoria vera eſt, adnotamus: dupplicem ſententiam reperiri: interlocutoriam alteram, alteram verò diffinitiuam: quarũ prima mutabilis eſt, vt experientia docet, quod diffinitiua ſententia pro illa parte cadat, aduerſus quam, interlocutoria ceciderat. Altera verò, pænes iudicem ferentem illam omnino immutabilis permanet. Quę ſententię methaphoricè a Deo proferuntur. Prima patet Ion. 3. Adhuc 40. dies, & Niniue ſubuertetur: nec ſubuerſa fuit, quia non diffinitiua ſententia. Secunda patet 2. reg. ca. 12. vbi ſententia mortis fertur ſuper puerum, pro cuius vita Dauid orauit, nec exauditus fuit. Cum reprobatio ſit ad inſtar Dei ſententiæ, dicimus Traianum de inferno fuiſse liberatum,

quia non erat diffinitiuè reprobatus,qm̄ ſi ſic non fuiſset ereptus: nam implicat eſse diffinitiue, & liberari. Si liberatur, ergo non diffinitiuè: ſi diffinitiuè ergo non liberatur.

Ioan. Maior. Duran. Sotus poſt D. Thomam dicunt,non lege ordinaria factum eſse, ſed ex priuilegio particulari. Vnde Tho. Nec tn̄ opportet hoc fiat cō muniter per ſuffragia,quia alia ſunt,quę lege comuni accidunt,& alia, quę ſingulariter, ex priuilegio. & ſic reſpondetur ad illud B. Techlæ, & ad omnes, qui de inferno dicuntur liberati.

Ad illud. Quod .ſ. Otilia Virgo de inferno animam patris ſui liberâuerit. Dicitur,quòd patris ſui anima in purgatorio fuit, vt eius legenda tradit, qui inſernus dicitur, & inde precibus ſuis liberata fuit.

Ad illud, quod Iudas S. Brandano

dixit

dixit .ſ. ibi manere cum conſolatione, propter bona opera ab eo geſta. Dicit quod liber ille eſt Apocriphus, nec recipio illum, niſi aliundè doceatur certius. Aliqui nanq; ineruditi, interdum Sanctos extollere ſibi perſuadentes, multa falſa in eorum vitis aſſeruerunt. Inſuper nos dicimus concluſioni noſtrę non aduerſari, nam concluſio eſt, quod ſuffragia non proſunt damnatis. modo ibi nõ dicitur quod Iudas conſolationem hauriebat propter ſuffragia, ſed ꝓpter opera ſua bona igitur.

Ad illud .ſ. Brigidę. quod nullus reperitur in inferno, qui meritis B. Virginis Marię, non ſubleuetur. Reſpondetur, quod infernus accipitur pro purgatorio, vt dictum ẽ ſupra.

Ad illud quod dicitur in vita S. Bartholomæi Apoſtoli, quod Angelus Dęmonem in quodam loco relegauit, vſq;

ad diem iudicÿ. Dicimus nõ eſſe ad rem: quoniam non ait, quia pro te rogauit Bartholomeus, ſed quia ei obtemperaſti. non id impetrauit Bartholomęus, Secũdo quód in illo loco, illum regelare, Dęmoni auxilio non fuit, nam vbicunque reperitur patitur, & ſecum infernum defert, vt dicitur, & quod nihil ſit, patet, quoniam vſq; ad diem iudicÿ ibi locauit & omnes dęmones ſunt extra infernum, modo, nec in eo eſſe, ex ſacris litteris habetur (inquit D. Bonauent. in ſecundo ſent. diſt. 6. q.) quamuis credantur eſſe multos ad torquendas animas. quod hic, vel ibi maneat nil eſt. oportet probare, fuiſſe eductum de inferno, & precibus B. Bartholomęi fuiſſe factum, nec ibi pati, quód ad Kalendas gręcas fiet.

Ad illud. ſicut ſe habent beati ad gloriam, ita damnati ad pœnam: ſed Beatis proſunt ſuffragia ad gloriam, patet.

per

per orationem illam ſicut Sanctis tuis proſunt ad gloriam &c. ergo ſuffragia proſunt damnatis, ad pœnam mitigandam. Dicimus, quod beatis prodeſſe ſuffragia, ſtat dupliciter, ad gloriam eſſentialem, & gloriam accidentalem: primo modo, negatur ſuffragia Sanctis prodeſſe: ſed ſecundo modo conceditur. Contra ſi ad gloriam accidentalem Sanctis proſunt, ergo aliqualiter damnatis proderunt. Reſpondemus paritatem negando: Quoniam beati cum viatoribus in charitate participãt, in qua ſuffragiorum valor innititur. damnati autẽ cum ſint ſine charitate, à tali participatione precluſi exiſtunt. Demum dicimus, non virtute ſuffragiorum, eorum accidentalem gloriam augeri, ſed propter prefatam charitatem in qua ſunt, & qua congaudent de noſtris bonis operibus.

Ad illud, Aug. dicit pœnam Arrij au-

geri,ſecundùm quòd peccantes, ſuo errore augentur. At Deus pronior eſt ad miſerendum, quàm ad condemnandum: igitur ſi eorum pœna in inferno augeri valet: valet, & minui. Reſpondet D. Bonauen. vbi ſupra ad ſecundum dicẽs. Non eſt ſimile, quia remiſsio ſupra fundamentum charitatis fundari debet; & quoniam Arius habet malam voluntatẽ ideo poteſt augeri pœna eius, & non remitti.

Ad illud, quod voluntaria pœna magis Deo arridet, quàm inuoluntaria &c. ſatisfacit Seraphicus doctor vbi ſupra ad 4. ſic. Dicẽdum quòd verum eſt: vnde Deus remunerat virum iuſtum, pro illa pœna: ſed iſta pœna voluntaria nõ poteſt aſſumi, nec acceptari pro eo, qui non habet charitatem.

Ad illud. Puniens ſe ex charitate pro illo, qui eſt in inferno, Deus acceptat, igitur

igitur ſuffragia eis proderunt. Negat antecedens, ratio negationis eſt, quoniam repugnat ex parte damnati in charitate non exiſtentis.

Ad illud. quod proſint pueris abſque baptiſmo decedentibus, cum ſint mediocriter mali. Dicimus, mediocriter bonos eſſe purgantes, pueros verò valde malos fore: tum, quia perpetuo, a regno Dei excluſi ſunt: tum etiam, quia abſq; eius fide, & charitate reperiuntur. Vnde Auguſtinus ſer. 32. de verb. Apoſt. Qui ſine fide. &c.

Ad illud. Peccatum alienum minus ſuffragio obſtat, quàm proprium. At veniale proprium non obſtat, cum in purgatorio ſuffragio expietur: hinc originale peccatum, atq; alienum, non obſtabit, quin ſuffragio ſubleuetur. Reſpõdemus, quòd ſi proprium veniale peccatum ſuffragio tollitur, originale verò

alienum non aboletur; hoc non ex quali-tate peccati prouenire, ſed ex diuina or-dinatione. Item quia ſuffragiorum radix charitas eſt, qua cum pueri illi ſint priua-ti, purgantes verò non; hinc purganti-bus, & non pueris ſuffragia proſunt.

Ad illud. ſicut propoſitum in propo-ſito: ita oppoſitum in oppoſito. Sed il-li, pœnam damni propter alienum pecca-tum patiuntur: igitur alienis debent me-ritis ſubleuari. Reſpondet Albertus, quod donec in ſtatu merendi ſunt, alienum meritum eis poteſt prodeſſe: ſed in alio ſtatu confirmati ſunt, & ideo peccatum efficitur immobile, non ex magnitudine peccati, ſed ex ſtatu, & ſententia diuina. Contra. Purgantes non ſunt in ſtatu merendi, attamen meritum alienum eis per modum ſuffragij prodeſt. Dicimus ergo quòd prouenit ex parte eorum, cũ non ſint in gratia. Amplius non currit

pro-

proportio. Nam patiuntur propter peccatum alienum originale, non actuale: & ideo non ſequitur, quod iuuari debeant operationibus actualibus aliorũ.

Ad illud: Anima Chriſti liberauit animas de Inferno: igitur. Dicimus liberaſſe eas de lymbo patrum, & de purgatorio, quę loca inferni nomine nuncupantur. Vnde Gregorius in quadam Homelia feſtorum paſchalium dicit. Sed electorum ſuorum nullũ reliquit apud inferos. At damnati non ſunt electi igit.

Vnde concluſio firmiſsima eſt damnatis ſuffragia minime prodeſſe. At proſunt ne beatis: In ſequenti quæſtione examinabimus.

HVIC

HVIC ERGO PARCE DEVS.

SED ſi eſſet in Cęlo beatus, prodeſſent ne ei ſuffragia? Trib' pariter articulis quęſtio iſta terminabitur. In primo, rationes cōtrarię aſportabuntur. In Secundo, veritas aperietur. In Tertio tandem, ad nihilum rationes contrarię redigentur.

Articulus Primus.

IN hoc Articulo ſuffragia beatis prodeſſe probatur. Et primo ſic.

Sacramenta nouę legis efficiunt ꝙ ſignificāt. At tertia pars hoſtię in calicē poſita, beatos ſignificat: igitur illis ꝓdeſt.

Item. In collecta Miſſæ dicitur. Sicut Sanctis tuis proſunt ad gloriam, ſcilicet

Sa-

Sacramenta: ita nobis proficiant ad medelam. Si ſic, igitur.

Item. Græcorũ Liturgia tradit. Etiã offerimus tibi pro omnibus, qui a ſæculo tibi placuerunt ſãctis. igitur eis proſunt.

Item in ſecreta oratione Miſſæ S. Leonis Papæ dicitur. Petimus, vt per hæc piæ placationis, & illum beata retributio comittetur, & nobis gratiæ dona concilict. Igitur ei proderat.

Item Cyprianus Epiſt. 62. lib. 3. & lib. 4. ait. Laurentius, & Ignatius. infra. pro eis ſacrificia ſemper, vt miniſtris offerimus, quoties martirum paſſiones, & dies, anniuerſaria commemoratione celebramus. Igitur.

Item. Luc. 15. Gaudium eſt Angelis ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quam ſupra 99. iuſtis. ſi ſic, igitur de bonis viatorum operibus lætantur: ſed ſuffragia opera bona ſunt: igitur de ſuffragijs

fragijs lętantur: igitur eis ad lętitiam sũt

Item. Eccleſia celebrat pro pueris cũ baptiſmo mortuis: at iſti ſunt beati: igitũ beatis proſunt.

Item. In naturalibus plus eſt dare eſſe ſubſtantię, quàm augere. Ergo ſimiliter in diuinis, impetrans primam gratiã alicui, poteſt, & impetrare augumentũ glorię. Sed multi, peccatorum conuerſionem impetrant, qui ſaluantur: igitur eiſdem glorię augumentum impetrare poterunt.

Demum. Quanto perſona dignior, vt ei ſuffragia proſint, eo magis pro ipſo oblata valent: at Sancti digniſsimi ſunt: igitur ſi pro eis fiant, valebunt. Iſtis auctoritatibus, ac rationibus ſuffragia prodeſſe perſuadetur; quod tamen a veritate eſt alienum, vt in ſequenti articulo demonſtrabimus.

Articulus

Articulus Secundus.

IN præſenti Articulo ſuffragia Beatis minime occurrere oſtendimus. Nã ſuffragium a verbo ſuffragor ſuffraгaris deriuatur, ꝙ idem eſt quod auxiliari, opem ferre, occurrere, preſto eſſe, & ſimilia & ęgentiã denotat in illis quibus ſuffragatur. At beati; nulla re indigent ſecundum omnes Theologos in 4. diſt. 49. igitur ſuffragia illis non proſunt. ꝓbatur etiam auctoritate Aug. in ench. dicentis. Iniuriam facit martiri, qui orat pro martire, ratio etiam eſt ſecundũ Alb. quia minor non poteſt iuuare maiorem. Cum minimus in regno cęlorum, maior ſit omni viatore: hinc viator pro Sanctis ſuffragari non valet. Nos verò dicimus, quia non egent; quod de præmio eſſentiali intelligitur, & non de accidentali, nam tale gaudium extenſiue

in

in conuerſione, & beatitudinis multorum conſecutione, vt cum aliquid boni fit, cuius cauſa, & occaſio extitere, augetur. patet. Luc. 15. gaudium eſt Angelis, ſuper vno peccatore, pęnitentiam agente, & ſi beatis non proſunt, nec pueris cũ baptiſmo mortuis: patet, quoniam ipſi ſunt beati, ſtatimq; ad cęlum recto tramite euolant, vt Aug. de baptiſmo paruul. teſtatur, & habetur in cap. per baptiſmum de conſ. diſt. 4. igitur. In cœlum nanq; tres hominum ſpecies ſtatim mortui aſcendunt, ſignati per tres homines, quibus apertum eſt cęlum. cœlum .n. apertum eſt Chriſto baptizato Luc. 3. Stephano Act. cap. 7. Et Ioanni Euangeliſtę Apoc. 4. Ieſu baptizato apertum eſt cęlum dicit Lucas. Ecce video cęlos apertos dixit Stephanus. Vidi Oſtium apertum in cælo dixit Ioannes. per cęlum apertum Chriſto, datur

intel-

intelligi, cęlum baptizatis apertum eſſe, & ſtatim illud ingredi: per aperitionem cęli factã Stephano protomartire, ſignificatur, omnibus martyribus ſore apertum. per aperitionem Ioanni factam; innuitur apertum eſſe viris perfectis in quib⁹ eſt gratia qui totaliter pœnitentiã de peccatis compleuerunt. Cum igitur pueris apertum illico Cælum ſit, cum ſtatim beati, & beatis ſuffragia non proſint, palam quoq; eſt, eis ſuffragia non prodeſſe, & ſic articulus abſolutus eſt. Verum quia multę rationes contrarium aſtruere, ac perſuadere videntur, operepretium eſt, illas in ſequenti articulo enucleare.

Articulus Tertius.

NVNC ad rationes, quæ ſuffragia beatis prodeſſe probare videntur. & primo ad illud quod

obijci-

obiicitur. Sacramẽta nouæ legis efficiũt, quod ſignificat iux. Conc. Trid. ſeſſ. 6. Sed tertia hoſtię pars in calicem poſita, beatos ſignificat: igitur illis prodeſt. Reſpondetur, quòd Sacramenta efficere quod ſignificat, dupliciter poteſt intelligi: vel reſpectu ſuſcipientis Sacramẽtũ, vel reſpectu figurati per ipſa ſacramenta. primo modo conceditur, in recipiẽte enim efficitur, quod per Sacramenta ſignificatur, niſi obex ponatur. Sed Secundo modo negatur, & ratio eſt, quoniam ſi efficerent aliquid in eo, quod figurant, cum Chriſtum figurent, & in Chriſto aliquod efficerent, quod omnino eſt falſum. Vel dicimus, eo modo, quo ſignificãt, ſed ſignificare quod beatis proſit illa tertia pars hoſtię, penitus negatur. Non enim ſignificat augumentum gloriæ in illis, ſed quòd eorũ meritis, qui recoluntur, & in ſacramẽto

ſigni-

ſignificat̃,ꝙ aliĳs ꝓſit,ꝑ quib⁹ offert̃. Vel ſignificat eorũ gloriã accidẽtalẽ(dũ eorũ redẽptio rememorat̃) nõ autẽ eſſentialẽ.

Ad illud quod dicitur in collecta Miſſę, Sicut Sanctis tuis proſunt ad gloriã &c. Et quod dicitur in gręcorum liturgia. Etiam offerimus tibi pro omnibus, qui a ſeculo tibi placuerunt Sanctis. Reſpondetur, huiuſmodi locutiones nõ velle ſignificare, quòd eis ad gloriam ꝓficiant, cum non indigeãt, ſed nobis eorũ feſtũ Agentib⁹. Et ſicut Deũ laudamus,nec ꝓptera in ipſo gratia.accoreſcit ſed in nobis:ita nõ in sãctis, ſed in nobis grã auget̃. ꝙ expreſſit S. Baſilius in liturgia poſt conſercationẽ, Patriarcharum, Apoſtolorũ,atq; Martirũ memoriam faciẽs Vt aſſiduas tibi ꝑ nobis preces offerãt. infra dicit propter eos ad te audeamus accedere. & Sãctus Cyril. in Chatecheſi yſtagogica explicauit his verbis.

Cum ſacrificium offerrimus, mentionem facimus qui obdormierunt ſanctorum, vt Deus, illorum orationibus preces noſtras, ſuſcipiat. Et Criſoſt. in liturgia, dum inquit. Sanctorum Apoſtolorum, & Sancti huius, cuius memoriam facimus, & omnium ſanctorum ſupplicationibus, reſpice non Deus. Commemoratio igitur ſanctorum fit in Miſſa, vt a nobis colantur, & vt pro nobis deprecētur; vel dicimus quod proficiunt eis ad gloriam accidentalem, non eſſentialē

Ad illud quod in miſſa Sancti Leonis Papę rogatur. Vt per hęc pię placationis, & illum beata retributio comittetur &c. Dicitur, ꝙ illa oratio ab Inn. 3. mutata fuit, vt Archiepiſcopo Lugdunenſi ipſemet ſignificauit inquiens. Mutata eſt oratio .ſ. Leonis Papę, vt pro nobis oret, pro quo olim orabatur, pro eo vero orabatur vt laudibus extolleretur,

nec

nec dicit egentiam in illo. Dicebatur, & illum beata retributio comitetur .ſ. acci dentalis, non eſſentialis.

Ad illud. Cypriani lib. 3. Epiſt. 62. & lib. 4. Epiſ. .ſ. Laurentius, & Ignatius: infra: ſacrificia pro eis ſemper, vt miniſtris offerimus, quoties &c. Reſpondemus quod ly pro eis .ſ. pro eorum honore, vel pro eis .i. gratias pro eorum victoria agēdo, & in eo ſenſu, in quo ſupra diximus. Nam pro aliquo ſacrificia offerre ſtat dupliciter: vel, vt ei opituletur, vel, vt ei congratuletur. Dicimus ergo, ꝙ ly pro eis, ſecundo modo accipitur, & nō primo .i. vt opitularetur eis, cum non in indigeant. Vel, pro eis .i. ad augendū eis gloriam eſſentialem, vel gloriam accidentalem: primo modo negamus: ſecundo modo cōcedimus: quemadmodū ipſemet in epiſtola ad presbiteres, & Diaconos fratres explicuit.

Ad illnd Luc. 15. Gaudiũ eſt Angelis ſu per vno peccatore pœnitentiã agente. Reſpondet. Quòd gaudiũ Sãnctis augeri ſtat dupliciter, videlicet formaliter, & materialiter. ſi formaliter negatur, qm̃ omnis paſſio formaliter auget ſecundũ rationem obiecti ſui, ratio autem in eis gaudendi, (de quibuſcunq; gaudeant) eſt ipſe Deus, de quo, nec minus gaudere valent; ita nanq; eorum eſsẽtiale prẹmiũ variaretur, quod in hoc conſiſtit, vt de Deo gaudeant. Vnde ex multiplicatis bonis, de quibus gaudẽdi ratio deus eſt; non ſequitur eos intenſius gaudere, ſed ſolum de pluribus gaudere, & letari, & hinc nõ ſequit: operibus noſtris iuuari: ſi materialiter, gratis concedimus. ſ. quã tũ ad gaudiũ accidentale, ſed quomodo gaudeant plus de vno peccatore pœnitẽntiã agente, quã ſupra *99.* iuſtis, difficile eſt mente conſequi. Aug. lib. 2. qq.
Euang.

Euang.c. 32. exponit iuſtos 1. eos, qui ſe iuſtos exiſtimant, nec vnquam pęnitentiam agunt Greg.Hom.34.in Euang.inquit,quia pęnitēs tot bona facere valuit, vt ſuperet *99.* iuſtos Alīj quia noua gaudendi occurit occaſio, vel quia de eo magis fuerant triſtati,aut quia fuere eius de precatores,ſed de his actenus.ad preſens ſufficit accidentale gaudium augeri.

Ad illud quòd Eccleſia celebrat pro pueris baptizatis, qui beati ſunt. Reſpondet Azorius vbi ſupra. verſ. nono quęritur.dicens,quòd fiunt miſſarum ſolemnia,non vt pro illis offerantur &c. Sed fiunt pro omnibus mortuis,quorū peccata adhuc expiantur: ergo fiunt ad aliorum mortuorum ſubſidium, & viuorū ſolatium, qui vident Eccleſiam ſolicitę ſuis precibus, ſuffragījs,& ſacrificījs eos qui ſunt morte deleti,iuuare. Qnæ reſponſio mihi non arridet, nam dicere fiūt

pro mortuis, quos ad huc expiantur, & quod licet ſolatiũ, viui hauriant, nõ eſt rationi cõſonum ſi pro mortuis, an pro pueris: deinde viui cognitione non aſſequuntur hoc, ſcilicet, quod celebrãdo pro pueris illis, celebretur pro aliis mortuis, præſertim ingnari, & idiote.

Satius eſt dicere cum Ioann. Maiore, ꝙ celebratur miſſa, vt nobis proſit, & ad comendandum miſterium redẽptionis, atq; ad aſcribendnm tales in Eccleſia cũ aliјs. Nam ſi baptizati illico ad cælum euolant, ſin minus lymbum petunt, nec illis prodeſt. Diſiunctiua autem (ait ille) eſt certa, certitndine infalibili, licet altera pars certitudine morali certa ſit, puta, nec ne baptizatus ſit. Si queratur, an huiuſmodi certitudo, cum ſit firmus aſenſus, & ineuidens, quod ſit. Dicimus ꝙ ſic. Nam ſi baptizzo, hãc pro certo habeo cathelegoricam; Iſte eſt ſaluus. quia

hęc

hęc ab his dependet. Quilibet rite baptizatus habet gratiam baptiſmalem: ille eſt ſic: ergo. Maior. eſt de fide, minor autem mihi certa, quoniam debitã materiam, & formam, & intentionem adhibuiſſe conſcius ſum,

Ad illud. In naturalibus plus eſt dare eſſe ſubſtantiæ, quam augere quod datum eſt. Sed aliquis poteſt alteri primam gratiam impetrare, & augumentũ gratiæ, &c. Reſpondet in ſanctis minorẽ nõ eſſe verã, quoniã in gratia, & gloria confirmati ſunt, & in termino.

Ad illud. Quanto perſona dignior &c. Reſpondemus quod vera maior .ſ. ſi egent; modo ſanctos ęgere negat. imò quia in tanta dignitate conſtituti abſque vlla inopia, hinc pro alijs depręcantur. Ex dictis igit̃ liquet, ſuffragia nec damnatis, nec pueris ſine baptiſmo decedẽtib', nec beatis, nec pueris baptizatis ꝓdeſſe.

HVIC ERGO PARCE DEVS.

QVONIAM ſepe ſepius euenit, ut is, qui pro purgante ſuffragatur, in mortali peccato exiſtat: meritó, an huiuſmodi ſuffragiũ purganti proſit examinandũ eſt. A qua prouincia, tribus articulis me expediam. In primo, contrariam cum ſuis rationibus ſententiam referendo. In ſecundo, propriã aperiendo, atq; magis piam, magis q. tutam fore demonſtrando. In tertio rationes contrarias excludendo.

A primo igitur articulo exordiens, dico omnes Thęologos feré tale ſuffragiũ incaſsum foré, tenere. Vnde D. Bonauent. in 4. diſt. 45. queſt. 2. palam fatetur his verbis. Non credo, quód oratio peccatoris aliquid meratur apud Deum,

niſi

niſi ſolum diſpoſitiuè;opus enim forma-
tum recipit a proximo agente;ſicut aqua
formam a vaſe, non a fonte: ſimiliter co
rona valorem, & pulchritudinem habet
à gemmis,& ab aureo,& non a quatuor
elementis, ideo diſtinguendum. Quòd
ſuffragia facta, aut ſunt opera ſacramen-
talia, vt celebratio Miſſæ, & tunc, quia
opera Dei ſunt, ratione cōtenti proſunt,
ſiue fiant à bonis,ſiue à malis.(Vnde D.
Tho. 3. p. ſum. q. 71 art. 3. & Rich. d.
diſt. art. 4. q. 2. dicunt, quòd ſi loqua-
tur de opere operato,ſicut ſacrificium al-
teris,valet, quoniam ex ſe ipſis efficaci-
am habent ſacramenta, abſq; opere ope-
rantis) Aut ſunt alia opera, & hoc du-
pliciter. Ant enim fiunt à pure malis.,
ad imperium alicuius boni, vt ipſius
defuncti, vel amici eius, de re ,. quæ
illius eſt,in elemoſinam: vel ad conſor-
tium alterius, vt quando duo legūt pſal-

terium, vnus exiſtens in charitate, alter non, & in alijs operibus, vt quando datur elemoſina iuſto, vt oret pro defuncto, & tunc valent ratione doni, charitatis hoīs coniunctæ hęc ille Rich. notat ꝙ ſi ad preceptum non exiſtentis in charitate quando mandauit fieri, non proſunt defunctis, niſi ille poſtea eſſet in charitate quando fiunt, & de nouo demandet, vel demandationem, de nouo acceptet. Si autem erat in charitate quando mandauit, licet poſtea non ſit, quando exequitur, nihilominus valent defunctis. Sed ſi conſideratur opus prout eſt eius, nullo modo, d. Tho. poteſt eſſe meritorium nec ſibi, nec alijs. Ita D. Bonau. D. Tho. Rich. in citatis locis Alax. in 4. par. ſum. q. 23. memb. 4. art. 1. Henr. de Gand.

Thom. de Arg. in 4. d. 45. q. 3. concl. 2. ad Secundum Caei. q. 2. de ſatisfactione,

quam

quam ad tertiam partem adiecit. Soꝰ tus in 4. d. 19. d. 1. art. 4. concl. 2. & d. 45 d. Azor. in lib. inſt. moral. lib. 10. cap. 21. verſ. Quinto queritur. Dyon. Cartah. in 4. d. 45. q. 2. verſ. ad queſtioꝰ nem quoq; Suarez. tom. 4. diſp. 48. de ſuff. ſec. 8. ſum. Ant. 3 p: tit. vlt. cap. 2. Viguer in ſumm. cap. 16. §. 4. verſ. 33. Greg. de Valent. tom. 4. diſp. 11. q. 1. punt. 3. aſſert. 6. verſ. tertio notandum. Belarm. in epit. tom. 1. tract de purg. cap. 17. Reſol. Theologorum in 4. tract. 7. part. 1. ſort. 2. 2. q. 2. ſum. Angelica in verbo ſuffragium num. 1. Sylueſter in verbo ſatisfactio §. 7. & alij multi.

Quorum ſententia his auctoritatibus, atq; rationibus corroboratur. Eſa. cap. 7. Cum multiplicaueritis orationes veꝰ ſtras non exaudiam, manus enim veſtre plene ſunt ſanguine gloſ. ſanguine ſciliꝰ cet peccato. ſi ſic, igitͤ ſuffragia peccatorū

non

non proſunt defunctis Eccl. 34. Dona iniquorũ non probat altiſsimus. Prou. 10. Victime impiorum abominabiles Dño. Amos Profeta. Vota pinguium terræ .i. peccatorum non recipiã 24.q. 1. Item. Io. cap. 9. Deus peccatores non exaudit, igitur non proſunt. Item Gregorius ait. Cum is, qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irrati animus ad deteriora prouocatur 4. q. 7. in grauibus.

Item. Quilibet efficacius ſibi meretur, quam alijs: At opus peccatoris pro ſe factum, illi non prodeſt. igitur nec alijs. igitur nec defunctis.

Item peccator non eſt membrum Ecclefię: igitur eius ſuffragium purgantibus non occurrit.

Preterea. Nullum opus, quod ex charitate non procedit ſatisfactorium eſt; at opus peccatoris non procedit ex charitate: igitur ſatisfactorium non eſt.

Item

Item Mutatio pœnę æternę, in temporalem; ex Dei amicitia prouenit : ergo & ſolutio eiuſdem : cum peccator ſit Deo exoſus; igitur eius ſolutio pro defunctis vana eſt.

Item. Nulla fit remiſsio culpæ, nec pœnę, niſi in virtute paſsjonis Chriſti : ſed Chriſti paſsio peccatori non applicatur : ergo peccator pro defunctis nequit ſatisfacere.

Item in ſatisfactione, amicitia cũ Deo reſtituitur; opportet igitur quód iuſtitię ęqualitas reddatur : at extra charitatẽ fieri nequit: probatur, quia illa æqualitas iuxta acceptionẽ diuinã attendit̃, quã nõ habet peccátor : ergo extra charitatem nullus ſatisfacere poteſt. Ma. patet 9. Eth. Reſtituta amicitita, oportet reddere æquiualentem iuſtitię. Aliter ſequeret̃ amicũ, & inimicũ eſſe : ſatisfacit, ergo amicus: eſt extra chaɹıtatẽ, ergo inimicus.

Articulus

Articulus Secundus.

HIS in precedenti articulo alatis non obſtantibus, alia verior, magiſq; pia opinio reperitur Scoti in 4. diſt. 14. q. 1. Auctoris rationalis diu.off. lib. 7. Ioan. Maioris in 4. d. 45. art. 4. Franc. Maior.d. diſt. q: 3. & in tract. de ſuff. art. 5. Gab. Biel. in 4. diſt. 45. Bernard. de Buſt. quòd proſint: quam ſequimur nos in preſenti.his fundamentis inixi.

Suffragia proſunt pro pœnis temporalibus. At in lethali peccato exiſtens, (abſq; vlla contradictione,) tēporalia bona mereri valet. Tunc vltra, Superſtes pro defuncto ſatisfacere valet, & ei ſuffragari:patet in ſecundo articulo primę queſtionis. Exiſtens igitur in peccato bonaq; temporalia merens, defunctoq; applicare valens,ac ſuffragia cum pœnis

occur-

occurrant temporalibus, in aperto eſt, peccatoris ſuffragia defuncto prodeſſe. Preterea cum is, qui pro proprio peccato latisfacere valet, & pro alieno queat, vt in dicta q. viſum eſt. Cum peccator, pro peccato proprio valeat ſatisfacere, (etiam in peccato manens;) palam eſt, & pro alio, id pręſtare poſſe. Quod exiſtẽs in peccato poſſit ſatisſacere, probatur. notandum tñ eſt id, quod dicit Scotus .ſ. quod de ſatisfactione, dupliciter loquit: vel, vt dicit redditionem pœnę, voluntariam ęquiualentem meritorie: vel, vt dicit redditionem pęnæ ſimpliciter: & hoc dupliciter, vel quia ipſe uoluntarie extra charitatẽ ſoluit: uel, quia ab eo exigitur. Primo modo .ſ. ſi in charitate fiat, eſt ſatisfactio ſimpliciter (dicit Scotus) quia reconcilians, & placans. In ſecundo eſt quidẽ ſatisfactio, quia volũtaria redditio, ſed nec reconcilians, nec placãs. In tertio

tio autem,eſt ſatisfactio,vltra quam non exigitur pœna vlterior. Si arguas (inquit Scotus) mortua eſt:ergo non eſt ſatisfactio, non ſequitur: niſi quod non eſt ſatisfactio placans,& reconcilians. Si dicatur,ergo non eſt ſatisfaſtio: non ſequitur, quia ſufficit Deo, quod quis voluntarie ſoluat pœnam debitam ad punitionem peccati cõmiſsi. Similitudine declarat dicẽs. Si alicui offenſe in Regẽ correſpondeat preciſe ſecundum legem abſciſio manus, Si iſti etiã inuito manus abſcindatur ſatis patitur, & in tantum ſufficit Regi,quod ſecundum legem non debeat ab eo vlteriorem pœnam exigere, & nihilominus non recipit eum in gratiam, vel amicitiam: multo magis ergo poſſet ſufficere pro punitione culpę,ſi aliquis ſibi pœnam debitã infligeret, licet non eſſet in gratia,vel amicitia ipſius Iudicis, & ſi aliter eſſet.ſ. quod penitentia

in caſsum eſſet, ſequeret̃, quod ſic ſatiſ-
facere, eſſet à virtute auertere anſamq;
peccandi prebere: at conſequens incon-
ueniens eſt, cum bona cuncta, (ſecundũ
omnes) ad aliquid, valeant. Conſequẽ-
tia probatur: Quia ſi alicui, trium dierũ
ieiunium pro penitentia inponatur, &
die prima ieiunet; ſecunda vero die in
peccatum incidat, & ei tale ieiunium in
peccato fiendum non fore ſatisfactoriũ,
ſecum ipſe conſiderans, tertia die
minime ieiunabit, & non ieiunãdo mor-
taliter peccabit, quoniam contra pecca-
tum obediẽtię, quia cõtra illud à Sacerdo
te ſibi iniunctum, atq; impoſitum, & ita
liquet, quod occaſio peccati eſſet. Item
lepidè ſequitur. Iſte extra charitatẽ ter-
tia die ieiunare omittens, mortaliter pec-
cat, quia contra preceptum ſacerdotis,
qui in hoc Dei eſt vicarius: ergo
ieiunans bene facit, vlterius, igitur ſatiſ-

O facit

ſacit, licet non mereatur. Ergo ſatisfa-
ciens de peccatis dimiſsis, ſatisfacit ſim-
pliciter. prçterea. Exiſtens in peccato ſa
tisſactione ſufficiēti, ſecūdū obſeruantiā
diuinæ legis, Dei prçcepto ſatisfacere va
let. patet de filio parentes, in peccato
mortali honorante, pro loco, & tempo-
re, qui prçcepto diuino ſatisfacit. ſi di-
catur quod non: arguo inquirendo, aut
bene facit: aut maleſacit: &c. Ergo ex-
tra charitatem ſatisfaciens præcepto Ec-
cleſię, iuſtè ſatisfacit. Conſequentia cla-
ra eſt, quia magis ad diuinū prçceptū
deuicti ſumus, quam eccleſię. Ergo ex-
tra charitatem ambobus ſatisfacere va-
lemus. Demum arguitur. ſic Eſto quòd
ſortes peccato ſurti deliquerit, in diuer-
ſis locis aliena bona ſurripiendo, ad con-
feſsionem acedat, ei q. imponatur. quòd
per vnum menſem continuum, quinq;
denarios ſingulis diebus, pauperibus
diſtribuat

diſtribuat,& hoc,quia memorię, quibus teneatur, non tenet, det per decem dies; deinde mortaliter peccet, tunc in aperto eſt,iſtũ,ob id, nõ teneri iterũ quinq; denarios dare. Ergo. Accedit, ꝙ ſacerdotes officium abſoluere deuicti,in peccato mortali manendo,illud abſoluendo non ſatisfacerent, quod abſurdum eſt dicere. Quoniam tenerentur iterum in gratia abſoluere quod nemo facit,nec vllus pſuadet. Demum vniuerſali eccleſię viu noſtra munitur opinio. oẽs enim mortuorum exequijs interſunt,pro illis orãt, nec de peccatis conterruntur,nec illa cõfitentur; & nihilhominus defunctis prę ſto eſſe atq; opitulari pro comperto habent, quibus ſi rem aliter ſe habere exponeretur, & deceptos ſe ſentire dicerẽt ſcandalum vtiq; ſumerent: & curati hoc non prędicando ipſos in errorem hunc fouerent,perperamq; agerent. Cum igiẽ

curati id populis non prędicent, cũ ipſi nec conterantur, nec confiteantur, quã do pro mortuis talia preſtant, & eis pro deſſe ſibi perſuadeant, huiuſmodi conſuetudine concluſio nr̄a probata liquet: In quam cadunt(ſi recte perpendiũtur) D. Tho. Palud. Nam D. Tho. diſt. 15. queſtione 1. art. 3. queſt. prima; ponit meritum condigni, & congrui: primum exigit dei amicitiã, ſecũdũ vero non; & ꝑ cõſequens opera bona in mortali peccato facta, aliquid impropriẽ mereri admittit, non ex debito gratiæ, ſed ex decentia liberalitatis diuinæ, & via ſupplicationis, & tali pacto (ſecundũ Tho. peccator, temporalium abundantiã mereri dicitur, non de condigno, ita (inquam ego) pęnę ablationem: cum ad hoc (vt inquit Biel.) nõ ſit ſcrip. in cõtrariũ, nec auctoritas cogẽs, nec diuerſitatis ratio, & quoniam illud meritum, non ẽ ꝓprie

prie meritum, talia opera non mereri inquit. ſ. merito proprie dicto.
Pręterea (ſecundum eum, & omnes,) peccator, peccati remiſsionem, nec nō primam gratiam meretur, non merito proprie dicto, aliter gratia non eſſet gratia, ergo, & ſolutionem pęnæ, bonum opus ex genere faciendo, probatur. Nam ſi de quo magis, & de quo minus; nam magis eſt de congruo peccati remiſsionē & primam gratiam mereri, quam pœnæ ſolutionem, ad quam, ex peccatis dimiſsis tenetur: igitur ſi meretur primam gratiam de congruo, & pęnę ablationē.
Palud. verò d. diſt. 45. q. 1. art. 1. ponens ſuffragiorum diſtinctionē, quę plus valeant, explicans ait. ſuffragium boni, bono maxime valere, quia via meriti, vnionis, & impetrationis. de hinc boni, malo, quia per modum frequentis impetrationis. de hinc mali pro bono: de-

rum mali pro malo, ſed non tantum, nec tam frequenter, Vnde modus tertius ad rem noſtram eſt .ſ. quod malus .ſ. peccator poteſt ſatisfacere pro bono .ſ. purgante. dicitur enim ſuffragia per malos facta defunctis valere, non per viam meriti, aut vnionis charitatis quandoquè p modũ impetrationis. Quę opnio vtiq; magis pia eſt, contraria nanq; miſericordiam, totque ſuffragia defunctis adimit, viuorumq; ad illos charitatem ita refrigeſcere facit, quod nil magis, vnde illam euã atq; etiam cogitanti, nimis duram eſſe apparebit, & omnino declinandam agnoſcet. 50. diſt. penderet. ex de renun. niſi §. 1. dicimus ergo. Peccatorem pro defunctis ſuffragari poſſe, & ſuffregando eis prodeſſe. Hinc in ſequẽti articulo eorum rationes contra noſtram ſentẽtiam concludere apparentes euacuabimus.

Articulus

Articulus Tertius.

CVM peccatoris ſuffragia defunctis prodeſſe in præcedenti articulo demonſtratũ ſit, in hoc rationes contrarias ſoluere nobis incũbit.

Ad auctoritatem igitur Eccl. 3. Dona iniquorum nõ probat altiſsimus. Prou. 10. Victime in piorum &c. Eſa. 1. Cũ multiplicaueritis orationes &c. Amos. Vota pinguium terræ non recipiã. Dicimus in ordine ad vitam æternam, non autem quoad temporalia intelligenda eſſe.

Ad illud. Ioan. 9. Deus peccatores nõ exaudit. Donatiſte, hoc loco abutentes, ſacramenta per peccatores adminiſtrata irrita eſſe dixeruut. Similiter, & Cyprianus Epiſ. 64. & 80. hac auctoritate inixus, ab hęretico baptizatum, rebaptizãdum eſſe tradidit; ſed perperam. Nam, vt dicit Origenes hom. 5. in Eſ. & Aug.

hom.44.in Ioan.& in lib. 50.hom. hom. 43. & lib. cont. Epiſ. Parmen. cap. 8. & lib. 3. de bapt. contra Donatiſt. cap. 20. & lib 1. retract. cap. 3. Beda quoq;)ſunt iſta verba cathecumni,& indocti hominis. Si .n. Deus peccatores non exaudit, fruſtra diceret Publicanus . Dn̄e ꝓpitius eſto mihi peccatori.Baſil.lib.de conſt. monaſt. cap. 2. lepidè auctoritatibus. probat peccatores exaudire.

Non audit igitur eos ad vitam ęternam tempore quo ſunt in tali ſtatu. Theofil. Euthym.Leontius,non exaudtit,(aiunt) vt per eos miracula edat in teſtimonium ſanctitatis eorum,de hac .n. re agebatur ibi. Thomas in 4. d. 45. dicit non exaudit eos ex eorum meritis,ſed ſua clementia Palud. non audit placatus, ſed ſępe iratus, vel non exaudit, vt iuſtos. Vel non audit eos de condigno, ſed bene de congruo.

Ad

Ad illud Gregorij cum his quod diſplicet. Dicitur ꝙ intelligitur de intercedente ad hominem, vel in ordine ad Deum; ſi iniuſtè petat.

Ad illud. Quilibet efficacius ſibi meretur, quàm alijs: At opus peccatoris pro ſe factum, ei non prodeſt: ergo nec alijs. Negatur minor, nam prodeſt ei ſi non de condigno tamen, de congruo peccatorum remiſsionem, primam gratiam, & multo magis pęnarum de peccatis dimiſsis ſatisfactionem, & bona temporalia, ſi non ęterna: & cum ei proſint, alijs impetiri valet, vt dictum eſt in præcedenti articulo.

Ad illud. Peccator non eſt membrum Eccleſię, ergo nullam conexionem cum purgante tenet. Igitur opus peccatoris, purganti non prodeſt. Negatur antecedens tanquam hereticum, nam Eccleſia continet bonos, & malos, & eſt hereſis

Donati Ioann. Hus, Luteri Rogatiani, Circuncilionum,ac aliorum hereticorũ: contra quã inuoheo in tractatu de Eccl.

Ad illud. Nullum opus, ꝙ ex charitate non procedit ſatisfactorium eſt. At opus peccatoris eſt huiuſmodi, ergo ſatisfactorium non eſt. Reſpondetur, quòd duplex eſt ſatisfactio, alia placans, & reconcilians, alia voluntaria reditio: prima gratiam expoſcit, ſecunda verò non. ad maiorem igitur dico, quòd nõ eſt ſatisfactoriũ ſimpliciter.

Ad illud mutatio pœnæ æternæ in temporalem prouenit ex amicitia Dei, igitur, & ſolutio eiuſdem. Cum peccator Deo exoſus ſit, videtur quòd eius ſolutio pro defunctis fruſtetur. Negatur prima conſequentia, & ratio negationis eſt, quia in mutatione pęnæ ęternæ in tẽporalem, eſt ſatisfactio placans, & recõcilians, hic verò non Deus.n.nõ plus po

ſtulat

ſtulat quàm ſoluatur pęna voluntaria,vt patet de Rege temporali,& de manu abſciſſa. Vel quia illa de condigno, hec de cõgruo. Vel dico admittẽdo ſimilitudinẽ ſatisfactionis damatorũ,cũ iſta. Damnati ſemper iuſtitię ſatisfaciunt, .i. patiuntur:ita quòd in peccato mortali illi eternaliter,quia non ſunt in amicitia:iſti temporaliter, quia per amicitiam, fuit illa æterna pæna in temporalem mutata illa, hinc eternàliter illa: quia temporalis effectu iſta, hinc ſatisfit, vel ſatis patitur. Vn'corolarium infertur,quòd ſi quis pènitens, & partem iniunctæ pœnitentiæ in peccato impleuerit,ſi moriatur licet damnetur, attamen non exigitur ab eo pœna hic data, ſed punietur dumtaxat ſecundum menſuram pœnæ, quam non fecit de peccatis in hac vita dimiſsis. Ex quo ſequitur quod peccata mortalia hic dimiſſa,non puniuntur ęternaliter

liter, ſed temporaliter,& ſequitur etiam venialia quoq; temporaliter ibi puniri

Ad illud. In ſatisfactione reſtituitur amicitia cũ Deo,ideo oportet,quod reddatur iuſtitiæ ęqualitas. Sed extra charitatem, nemo poteſt reddere,ergo extra charitatem nullus ſatisfacere valet, de peccato ſibi dimiſſo. Min. probatˀ;quia illa ęqualitas attenditur iuxta acceptionem diuinam, que non eſt cum illo, qui eſt extra charitatem. Ma. patet per Ariſt. 9. Eth. vbi ait, quod reſtituta amicitia, oportet reddere,ęquiualentem iuſtitię. Confirmatur quoniã ſi aliter eſſet, ſequereť, quod eſſet ſimul, & ſemel amicus, & inimicus. Nam bene ſequitur ſatisfacit,ergo eſt amicus. Et bene ſequitur:eſt extra charitatem,ergo eſt inimicus: & ita habetur quod eſt amicus, & inimicus, quod eſſe nequiret. R. negãdo minorem:ad probationem dico,

quod

quod ſecundum primum modum ſatiſ-
faciendi, quando eſt cum merito, verũ
eſt quod debet reddere æquiualentem
iuſtitiæ, at ſecũdum modum ſatisfactio-
nis ſimpliciter nequaquam: ad iſtum
enim modum redditio ęqualitatis iuſti-
tię non expoſcitur, ſed duntaxat redditio
pœnę æquiualentis voluntarie. Ad cõ-
firmationem, negatur conſequentia.
Ad probationem, iſte ſatisfacit, ergo eſt
amicus. Reſnõdet diſtinguendo antece-
dens. Aut primo modo, & ſic concedo:
aut ſecundo, & ſic nego, iſta nanq; con-
ſequentia non valet. iſte ſatisfacit ſecũ-
do modo, ergo eſt amicus. igitur ratio-
nes iſte non concludunt.
Ad illud nulla fit remiſsio culpę, & pęnę
niſi &c. R. vera minor de cõdigno, vel
de ſatisfactione reconciliãte, nõ ſoluẽte.

FINIS.

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNO

Omnia ſolia ſunt integra, preter, A quod eſt medium.

PERVSIÆ,

Ex Typographia Vincentij Columbarij. Superiorum permiſſu.

M. D. C. IX.

A01 1470577

BIBL
Vit
X
4